COMPENDII PRIVILEGIORVM, ET FACVLTATVM RELIGIONIS CLERICORVM REGVLARIVM.

PARS SECVNDA.

Quæ eſt veluti Appendix ad Compendium Mutinæ impreſſum Anno Domini 1610.

D. Alexander Peregrinus Capuanus eiuſdem Religionis Clericus.

Collegit, Digeſſit, Scholijs illuſtrauit.

MVTINAE, Apud Iulianum Caſſianum.
De conſenſu Superiorum. 1615.

Digitized by Google

Digitized by Google

R AEFATIO
AD CLERICOS
REGVLARES.

Etus, & verum illud eſt:
Nunquam meſſores ita
omnem prorſus deme-
tere ſegetem, quin ſtipu-
liquam, velint nolint, præte-
. Collegeram, vti arbitra-
diligentiſſimè, & certa me-
diſpoſita edideram, ea om-
eligioſis viris à Summis Pon-
us conceſſa Priuilegia, quæ
, & ad rem noſtram quoquo-
facere viſa fuerant. Sed ec-

Digitized by Google

ce (vt lib. 1. de re ruſt. cap. 53. Varro ait) meſſe facta ad ſpicilegium nunc venire oportet: hoc eſt, quæ meam diligentiam fugerant, in hanc Appendiculam, veluti in adiunctum colligata faſciculum redigere. Factum eſt fauente Deo; & veſtri potiſſimum cauſſa, Reuerendi Patres, id qualecunque eſt opellæ, eadem digeſta ſerie lucem aſpicit.

Fruimini, & Valete.

Se-

Digitized by Google

SEcundam partem Compẽdij Priuilegiorum, & Facultatũ Cõgregationis Clericorum Regularium à P. D. Alexandro Peregrino compoſiti, & Scholijs exornati, nos infraſcripti, quibus Admodum R. P. noſter Generalis recognoſcendam, & examinandam tradidit, atteſtamur nihil continere quod Catholicam fidem, aut bonos mores offendat. Quinimo proficuam, & luce dignam eſſe cenſemus. In quorum fidem literas has dedimus. Romæ Die vigeſimo quinto Menſis Iunij. 1615.

Ego D. Marcus Paleſcandolus Clericus Regularis confirmo vt ſupra.

Ego D. Michael Ghislerius Clericus Regularis confirmo vt ſupra.

Viſa ſupradicta atteſtatione licentiã concedo quatenus hic liber imprimi poſſit.

F. Michael Angelus Lerrius Inquiſitor Mutinæ.

Digitized by Google

In Capitulo Generali celebrato Romæ apud S. Sylueſtrum in monte Quirinali Anno 1610. Menſis Maij.

DEcreuerunt Patres vt Compendium Priuilegiorum, & Facultatum noſtræ Congregationis Clericorum Regularium à P. D. Alexandro Peregrino Clerico Regulari concinnè diſpoſitum, & vtilibus annotationibus auctum publico noſtri ordinis commodo Typis excudatur, excuſſumquè ad ſingulas noſtras domos quam primum tranſmittatur. Nemini verò licitum ſit, ab ea die qua prædictus libellus tranſmiſſus fuerit, aut quomodolibet innotuerit abſq; licentia Admodum R. P. noſtri Generalis aliquo alio Priuilegio vti, præter ea, quæ in iam dicto Compendio continentur.

D. Io: Baptiſta Aprilis Secr.

D. An-

D. Andreas Piſcara Caſtaldus Congregationis Clericorum Regularium Præpoſitus Generalis.

SEcundam partem Compendij Priuilegiorum noſtræ Congregationis à P. D. Alexandro Peregrino noſtri Ordinis Sacerdote collectam, & Scholijs illuſtratam, vt Typis mandetur, facultatem, quam poſſumus, concedimus. Eorumdemq́; Priuilegiorum vſum Superioribus, Patribusq́; ac fratribus cæteris quibuſcunque licitum eſſe in poſterum declaramus: Non obſtantibus quæ in generali Capitulo ſtatuta ſunt Anno 1610. Et initio primæ partis Priuilegiorum ab eodem P. D. Alexandro Peregrino impreſſa leguntur. Cautum tamen ſit omnibus tam Præpoſitis, quàm cæteris omnibus ad Confeſſiones audiendas admiſſis, vt in caſibus per Clementis VIII. Decretum Anno 1602. reſeruatis, eidem Decreto ſtetur omnino, neuè

Digitized by Google

quis ſua quouis prætextu ab ijs abſoluere audeat. Quod ſi aliquando abſoluendi neceſſitas, acciderit, res tota ad Patrem Generalem pro tempore exiſtentem deferatur. In quorum fidem has propria manu ſubſcriptas, & noſtræ Congregationis ſigillo munitas damus. Romæ in ædibus noſtris S. Syluestri in Monte Quirinali die 8. Iulij 1615.

D. Andreas Præpoſitus Generalis.

D. Io: Baptiſta Aprilis Secr.

IN-

INDEX
TITVLORVM

Tam Primæ, quàm præſentis Secundæ Partis Compendij Priuilegiorum Clericorum Regularium.

Abſolutio quo ad Fratres Noſtræ Congregationis. folio 1
Et in prima parte noſtri Compendij 8
Abſolutio quo ad Seculares. 4
Et in prima parte noſtri Compendij. fol. 15.
Aedificare. vide in prima parte noſtri cõpendij priuilegiorum. 27
Alienatio Bonorum. 14
Et in prima parte noſtri compendij. 30
Apoſtatę à Religione. 16
Et in prima parte noſtri compendij. 32
Appellatio. vide in prima parte noſtri cõpendij. 34
Benedicere. 20

Et

Et in prima parte noſtri compendij. 36
Bona. 21
Bulla Cœnæ. 23
Et in prima parte noſtri compendij. 39
Calices, & Corporalia. vide in prima parte noſtri compendij priuilegiorum. folio 39.
Cauſſæ. 25
Canonica portio. vide in prima parte noſtri compendij priuilegiorum. 40
Celebratio Diuinorum. 26
Communicare. vide in prima parte noſtri compendij priuilegiorum. 41
Communicatio priuilegiorum. 27
Et in prima parte noſtri compendij. 47
Commutatio. vide in prima parte noſtri compendij. 58
Concilium Tridentinum. 28
Confeſſarius. 35
Et in prima parte noſtri compendij. 54
Confirmatio priuilegiorum. 35
Et in prima parte noſtri compendij. 56
Conſeruatores. vide in prima parte noſtri compendij. 60

Cor-

Digitized by Google

Correctio Fratrum. 41
Et in prima parte noſtri compendij. 61
Decimæ. vide in prima parte noſtri compendij. 64
Declarare. vide in prima parte noſtri cōpendij. 64
Diſpenſatio. 41
Et in prima parte noſtri compendij. 66
Eccleſiæ. 42
Et in prima parte noſtri compendij. 81
Eccleſias reconciliare. vide in prima parte noſtri compendij priuilegiorum, folio 83.
Eijcere. vide in prima parte noſtri compendij. 84
Epiſcopi. vide in prima parte noſtri compendij. 88
Euchariſtia. vide in prima parte noſtri compendij. 89
Excommunicatio. vide in prima parte noſtri compendij. 89
Exemptio. 43
Et in prima parte noſtri compendij 90
Extrema Vnctio. 49

Fa-

Familiares. 49
Generalis. 51
Et in prima parte noſtri compendij. 93
Gradus. 53
Et in prima parte noſtri compendij. 95
Habitus. 53
Hæreditas. 54
Horæ Canonicæ. vide in prima parte noſtri compendij. 96
Ieiunium. vide in prima parte noſtri compendij. 96
Immunitas. 59
Indulgentiæ quoad ſeculares. 60
Et in prima parte noſtri compendij. 97
Indulgentiæ pro Defunctis. 62
Et in prima parte noſtri compendij Tit. Indulgentiæ à §.9.fol.103.vſq; ad finem Tituli.
Infirmi. 64
Et in prima parte noſtri compẽd. 108.
Interdictum. vide in prima parte noſtri compendij. 111
Medici. vide in prima parte noſtri compendij. 122
Miſſa.

Digitized by Google

Miſſa. 66
Et in prima parte noſtri compend. 123
Notarius. vide in prima parte noſtri compendij. 128
Nouitius. vide in prima parte noſtri compendij. 130
Officium Diuinum. vide in prima parte noſtri compendij. 132
Oraculum. vide in prima parte noſtri cõpendij. 136
Oratoria. vide in prima parte noſtri compendij. 137
Ordines. 70
Pacta. 72
Et in prima parte noſtri cõpendij. 137
Paramenta ſacra. vide in prima parte noſtri compendij. 138
Prędicare. vide in prima parte noſtri cõpendij. 138
Prælati. 73
Prępoſitus. vide in prima parte noſtri cõpendij. 139
Præſcriptio. vide in prima parte noſtri compendij. 141
Pri-

Priuilegia. 75
Et in prima parte noſtri compendij. 14
Proceſſiones. vide in prima parte noſtri compendij. 151
Quarta funeralium. 101
Et in prima parte noſtri cõpendij. 152
Recipere. vide in prima parte noſtri compendij. 153
Reconciliatio. vide in prima parte noſtri compendij. 153
Reſeruatio. vide in prima parte noſtri cõpendij. 153
Reliquiæ. 101
Sacra. vide in prima parte noſtri compendij. 154
Sacramenta. vide in prima parte noſtri compendij. 154
Sepultura. 102
Scrupuli. vide in prima parte noſtri compendij. 155
Teſtimonium. vide in prima parte noſtri compendij. 155
Tranſire. vide in prima parte noſtri compendij. 156
Ver-

Digitized by Google

Verberare. vide in prima parte noſtri compendij.
Viſitatores. 109
Votum. vide in prima parte noſtri compendij. 158

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

COMPENDIVM PRIVILEGIORVM,
Et Facultatum
RELIGIONIS
Clericorum Regularium.

Pars Secunda.

Quæ eſt veluti Appendix ad Compendium Mutinæ impreſſum Anno Domini 1610.

Tit. Abſolutio quo ad Fratres noſtræ Congregationis.

§. 1. PER facultatem conceſſam Minoribus, ij qui ſub obedientia, & correctione noſtræ Congregationis degunt, poſſunt abſolui per Præpoſi-

 tum

tum Generalem, & alios, quos ipſe deputauerit ab omnibus peccatis, ante vel poſt ingreſſum in Congregationem commiſſis, & ab omnibus Eccleſiaſticis, & Secularibus ſententijs, cenſuris, & pœnis, à Iure, vel ab homine latis; præterquam ab his quatuor, quæ in Bulla Sixti IV. continentur; Hæc ſunt, Relapſus in hæreſim, ſchiſma, Literarum Apoſtolicarum falſificatio, & Delatio prohibitorum ad infideles; de quibus in Monumentis Minorum, fol. 143.

Volentes tamen ingredi noſtram Congregationem, & abſolui vt præfertur, reincidunt in priſtinas ſententias, niſi mox ingreſſi, & peractis experientijs ſecūdum Conſtitutiones Congregationis profeſſionem emittere parati ſint. Paulus III. Societati Ieſu, vt in eius priuilegijs pag. 32. & in ſequenti, & in eius Compendio Romę impreſſo in Collegio Romano anno 1606. Tit. Abſolutio. §. 6.

§. 2. Præ-

§. 2. PRępoſitus Generalis noſtrę Cō-gregationis poteſt per ſe, vel per alios ab eo deputatos, abſoluere noſtros ab hæreſi, & à relapſu in hæreſim, ſi quis (quod Deus auertat) in eam inciderit, etiam in Hiſpania. Gregorius XIII. Societati Ieſu, Die 18. Menſis Martij 1584. vt habetur in eius Compendio Priuilegiorum. Titulo Abſolutio. §.7.

§. 3. PEr priuilegium conceſſum Monachis Caſſinenſibus à Pio V. Anno Domini 1571. Idibus Ianuarij Pontificatus ſui anno 6. conceſſum eſt Præpoſito Generali, & omnibus Præpoſitis noſtrę Congregationis, vt quoſcunque eiuſdem Congregationis fratres pro tempore exiſtentes, tam profeſſos quam nouitios, in ea tamen perſeuerantes, poſſint abſoluere à quibuſcunque peccatis, cenſuris, & pœnis, per eos tam ante quam poſt illorum in Congregationem ingreſſum, ſeu profeſſionem incurſis, & in futurum incurrendis, etiam ſi de caſi-

Digitized by Google

bus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, vel de comprehenſis in Bulla, quæ Die cœnæ Domini ſingulis annis legi conſueuit, fuerint; Et hoc toties quoties opus fuerit; iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari.

SCHOLIVM.

SVpradicta priuilegia quando ſint nobis reuocata per Bullam Cænæ Domini, & quando non, habetur infra in Scholio, quod eſt in Titulo Bulla Cænæ, poſt. §. 1. *Vide etiam infra Tit. Prælati.* §. 1. *&* 2.

Tit. Abſolutio quo ad Seculares.

§. 1. PEr priuilegiũ conceſſum Congregationi Oratorij Sanctæ Mariæ de Vallicella de Vrbe à S. D. N. Paulo V. Die 9. Aprilis Anni 1608. Pontificatus ſui anno 3. poſſunt omnes noſtrę Congregationis Confeſſarij abſoluere quoſcunque à Duello pro-

prohibito per Bullam Clem. VIII. dummodo non comprehendatur in Conſtitutione Gregorij XIII. & Decreto Concilij Tridentini.

Necnon à peccato, cenſuris, & pœnis abortus, non obſtante Conſtit. Sixti V. Gregorij XIV. & alijs quibuſcunque in contrarium facientibus.

SCHOLIVM.

SVpradictam conceſsionem vidit R.P.F. Marcellinus à ſancto Benedicto, Procurator Generalis Congregationis S. Mariæ Fulienſis, & Collector Priuilegiorum ſui ordinis, vt refert in ſuo Compendio Priuilegiorum. Tit. Abſolutio quo ad ſeculares. §. 2. Et eſt nobis innouata, & de nouo conceſſa per Paulum V. Non obſtantibus Decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium facientibus, vt videri poterit infra in Tit. Confirmatio Priuilegiorum. §. 3.

Digitized by Google

§. 2. PReposſitus Generalis noſtrę Cō-gregationis per ſe, vel per alios poteſt abſoluere eos, qui bona naufragantium rapuerint, iniuncta eis reſtitutione, vbi, & quando ea fieri poterit. Gregorius XIII. Societati Ieſu Viuæ vocis oraculo Die 18. Menſis Martij 1584. vt habetur in eius Viuæ vocis oraculis pagina 133. & in eius Compendio impreſſo Romæ in Collegio Romano anno 1606. Tit. Abſolutio. §. 2.

SCHOLIVM.

SVpradicta facultas quando ſit nobis reuocata per Bullam Cœnæ Domini, & quando non, habetur infra in Scholio quod eſt in Tit. Bulla Cœnæ poſt §. 1.

Nec obſtat Decretum Clem. VIII. Romæ publicatũ Die 9. Ianuarij Anni 1601. quia ſupradictum priuilegium eſt nobis innouatum, & de nouo conceſſum per Paulum V. vt patet infra in Tit. confirmatio Priuileg. §. 3.

§. 3. Po-

Digitized by Google

§. 3. POteſt Præpoſitus Generalis noſtræ Congregationis per ſe, vel per alios abſoluere quoſcunque, & in omni loco (Hiſpania excepta) à cenſuris incurſis ob lectionem librorum prohibitorum. Gregorius XIII. Societati Ieſu Die 6. Nouembris Anni 1583. pro vt in eius Viuæ vocis oraculis pagina 132. & in eius Compendio Priuilegiorum. Tit. Abſolutio. §.4. iuncto. §.3.

SCHOLIVM.

SVpradicta facultas intelligitur de cenſuris contentis in Bulla Cœnæ Domini; Quia aliæ cenſuræ latæ ob lectionem librorũ prohibitorum extra Bullam Cœnæ Domini non ſunt reuocatæ, vt patet ex Bulla Pÿ IV. quæ incipit Dominici gregis, & ex Regula decima in fine Indicis librorum prohibitorum Romæ impreſſi, & publicati tempore Clem. VIII. Anno Domini 1596.

Et ſimiliter intelligitur à cenſuris incur-

Digitized by Google

ſis ob retentionem tantum librorum prohibitorum; Nam legentes vt plurimum illos retinere ſolent: Et dum legentes, & retinentes ſimul abſolui poſſunt, multo magis retinentes tantum: Dummodo libri prohibiti conſignentur Inquiſitori, vel Epiſcopo.

An autem ſit renocata ſupradicta facultas per Bullam Cœnæ Domini, vel non, habetur infra in Scholio quod eſt in Titulo Bullæ Cœnæ poſt. §. 1.

Nec etiam obſtat Decretum Clem. VIII. citatam in præcedenti Scholio poſt. §. 2. eadem ratione.

§. 4. CONfeſſarij noſtrę Congregationis abſoluere poſſunt quoſcunque ab omni ſententia excõmunicationis ſuſpenſionis, & interdicti; & ab omni cenſura Eccleſiaſtica, à qua Epiſcopi ſuos diæceſanos poſſunt abſoluere.

Ac etiam cum eis diſpenſare ſuper omni

Digitized by Google

ni irregularitate contracta occaſione huius excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſi quam etiam Diuina celebrãdo incurrerint.

Ac etiam diſpenſare ſuper quibuſvis enormibus delictis. Martinus V. Ordini ſancti Hieronymi Hiſpaniæ, vt refertur in eius Compendio. Tit. Abſolutio quo ad omnes. §. 3.

SCHOLIVM.

Haec facultas intelligitur conceſſa in foro conſcientiæ tantum; Et eſt nobis innouata, & de nouo conceſſa per Paulum V. vt videre eſt infra in Tit. Confirmatio Priuilegiorum. §. 3.

Epiſcopi autem poſſunt abſoluere ſuos diœceſanos à cenſuris in infraſcriptis caſibus.

Primo ab omni excommunicatione lata à

iure,

Iure, quæ nulli eſt reſeruata; c. Nuper. §. In ſecundo vero caſu de ſent. excommunicationis. Doctores communiter, quos refert, & ſequitur Sayrus de cenſuris Eccleſiaſticis lib. 2. cap. 19. nu. 2. & 3.

Secundo poſſunt abſoluere ab omni excommunicatione lata per hominis, vel dicti ſententiam, quæ generalis eſt; Nam cum generalis ſit æquipollet canoni, & ſtatuto; vt docet Couarr. in c. Alma mater de ſenten. excomm. in 6. in prima parte relect. §. 12. nu. 4. verſ. ſecundo, Nauar. in Manuali cap. 27. num. 44. Sayrus de cenſuris lib. 2. cap. 19. num. 5. & alij, quos refert Sayrus, & Nauar. in loco præallegato. Quod procedit etiam ſi ſententia ſit per Papam lata; Nam ſicut à ſtatuto Papæ, ita etiam à generali ſententia Papæ non reſeruata, proprius Epiſcopus abſoluere poteſt ſuos diæceſanos; ita docet Sayrus vbi ſupra.

Tertio poſſunt abſoluere excommunicatos à ſeipſis, ſiue per ſententiam, ſiue per ſta-

ſtatutum; Vel à ſuis prædeceſſoribus, cap. Nuper de ſent. excommunicationis.

Quarto poſſunt abſoluere illos excommunicatos qui ſcienter communicarunt in crimine criminoſo cum excommunicatis nominatim ab Epiſcopo: Vel eis conſilium, Auxilium, vel Fauorem præbuerunt; cap. Nuper. §. In ſecunda vero quæſtione extra de ſententia excommunicationis.

Quinto poſſunt abſoluere illos qui ſuadente Diabolo manus violentas inyciunt in Clericum, cum percuſſio leuis eſt arbitrio Epiſcopi, vt habetur in cap. Peruenit de ſent. excomm.

Sexto poſſunt abſoluere pueros qui ante pubertatem inciderunt in Canonem, ſi quis ſuadente Diabolo 17. q. 4. ſiue ante, ſiue poſt pubertatem poſtulent ſe abſolui. cap. Pueris de ſententia excommunicationis.

Septimo poſſunt abſoluere ab excommuni-

ni-

Digitized by Google

nicatione lata contra procurantes ſibi, vel alteri ſterilitatem, vel abortum, ſiue animatus, ſiue inanimatus ſit fœtus, etiam ſi abortus inde ſit ſecutus. Et contra illos qui participes fuerint, aut Conſilium, Auxilium, vel Fauorem dederint; vt patet ex Bulla Gregorij XIII. quæ incipit, Sedes Apoſtolica pia mater, &c. quæ moderat Bullam Sixti V. contra procurantes abortum latam.

Octauo poſſunt abſoluere excommunicatos à Papa cum reſeruatione abſolutionis dicti Papæ, ſi ob iuſtum impedimentum ad Papam ſe præſentare non poſſunt, vt docet Nauar. in Manuali cap. 27. nu. 88. verſ. Ad primum, & num. 110. verſ. Tertia eſt, Syl. in verbo Abſolutio 4. num. 7. verſ. quarto, &c. Sanchez de Matrimonio tom. 1. lib. 2. diſput. 40. num. 3. prope finem, Felinus in c. Quamuis de ſent. excomm. Vgolinus de cenſuris Eccleſiaſticis in Genere Tab. 1. capit. 3. §. 5. num. 13.

Nono poſſunt abſoluere à ſuſpenſione

ſim-

Digitized by Google

ſimpliciter lata à Iure abſque reſeruatione, vt docet Sayrus de cenſuris Eccleſiaſticis lib. 4. cap. 17. à nu. 14. vſque ad 19. & alij quos ipſe refert, & Suarez de cenſuris tom. 5. diſp. 29. ſect. 1. à num. 19.

Decimo poſſunt abſoluere ab Interdicto ſimpliciter à Iure lato abſque reſeruatione; Et ratio eſt, quia eadem eſt ratio de ſuſpenſione, & interdicto; Et ſicut à ſuſpenſione poteſt abſoluere, ita quoque ab interdicto poterit abſoluere.

§. 5. OMnes noſtræ Congregationis ſacerdotes in terris infidelium exiſtentes, poſſunt quoſcũque etiam per Apoſtaſiam, Schiſma, aut Hęreſim à fide alienos, & inter infideles habitantes, per gratiam ſalutaris pœnitentiæ abſoluere, & Eccleſiæ Romanæ ſi ad eius obedientiam redire voluerint reconciliare. Gregorius XIV. Minoribus, vt habetur in eorum Compendio Priuilegiorum Tit. Abſolutio quo ad ſeculares. §. 9.

SCHO-

SCHOLIVM.

V*Ide in prima parte noſtri Compendij Priuilegiorum hoc eodem Tit*, §. 1.

Tit. Alienatio Bonorum.

§. 1. POteſt Præpoſitus Generalis noſtræ Congregationis pro tempore exiſtens, cum conſenſu duarum partium Vocalium illius domus, vel ipſa Congregatio dum erit generaliter congregata, per ſe, vel alios, informatione extraiudicialiter, ac ſummariè, & ſimpliciter accepta, vel etiam ea omnino omiſſa bona domorum noſtræ Congregationis ſtabilia, & etiam mobilia pretioſa, præſentia, & futura, *pro illarum vtilitate, ſeu neceſſitate*, quibuſcunque perſonis, tam Eccleſiaſticis quam Secularibus cuiuſcunque gradus, ordinis, & dignitatis exiſtentibus, etiam Collegijs, Communitatibus, & Vniuerſitatibus ad eam rationem quæ facilius inueniri

niri poteſt, & pro pretio reperibili vendere, alienare, permutare, in emphyteoſim, ſeu liuellum ad tres generationes, vel in aliud longum tempus dare, locare, etiã cum donationis, ſeu inueſtituræ receptione, ac repræſentata pecunia, ſine tamen diminutione ſoliti illorum redditus.

Nec non generaliter, & ſpecialiter obligare, & hypotecare ſuper illis, cenſus quoſcunque redimibiles imponere, & vendere: Nec non de bonis eiſdem compromittere, & quomodolibet ſuper illis tranſigere, illisq. ſimpliciter, vel liti deſuper habitæ, & actionem etiam in non poſſeſſorem cedere, & renunciare, vtilitatemq. venditionum, & aliorum huiuſmodi, vel etiam neceſſitatem, aut aliam cauſam propter quam fiant ſimpliciter, & abſque figura iudicij cognoſcere, iudicare, definire, & pœnitus terminare, liberè, & licitè. Gregorius XIII. Societati Ieſu, vt in literis Apoſtolicis pagina 203 & ſequ. vbi aliam extendit facultatem, de

qua

qua pag. 170. & in eius Compendio Priuilegiorum. Tit. Alienatio. §. 2.

§. 2. SVpradicti contrahẽtes habita ſola Prępoſiti Generalis, vel Congregatæ Religionis per literas, patentes more noſtræ Congregationis, vel alias confirmatione, aut conſenſu ſolo contractu ſecuri exiſtunt; Nec tenentur demonſtrare vtilitatem, ſeu neceſſitatẽ venditionum, commutationum, & aliarum alienationũ, de quibus in §. præcedenti; Nec item tenentur pretium in æquiualentia, vel meliora bona conuertere, nec aliquid aliud demonſtrare; ibidem pag. 205. & in dicto Compendio Priuilegiorum Societatis Ieſu. Tit. Alienatio. §. 3.

Tit. Apoſtatæ à Religione.

§. 1. PER priuilegium conceſſum Minoribus, noſtri ab ordine recedentes, niſi poſt mandatum cuiuſuis ſuperioris eiſdem factum,

intra

intra octo dies proximos, ad obedientiam redierint, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam incurrũt, ſoli ſummo Pontifici reſeruatam; Eidemquè ſententiæ ſubiacent omnes, qui eis Auxilium, Conſilium, vel Fauorem præſtiterint; vt habetur in ſupplemento Minorum fol. 50. conceſſione 147. & in Compendio Priuilegiorum Societatis Ieſu, Tit. Apoſtatæ. §. 3.

§. 2. SI quis animo indurato poſt emiſſam ſolemnem profeſſionem, abſq; Superioris Generalis licentia exierit, & in ſæculo, vel etiam in alio regulari loco degere præſumpſerit, licebit Superiori Generali, alijſq. Superioribus Congregationis illum tanquam Apoſtatam, etiam per auxilium brachij ſæcularis inuocationem, ſummariè, & ſine figura Iudicij ad Congregationem reuocare, capere, & incarcerare, ac debitæ pœnitentię ſubijcere. Pius V. Societati Ieſu, vt in eius priuilegijs pag. 91. & ſequenti, & in

Digitized by Google

eorum Compendio Tit. Apoſtatæ. §. 1.

§. 3. SI quis ex noſtris poſt profeſſionem à Congregatione ad ſæculum receſſerit, etiam prętextu cuiuſuis indulti conceſſi, aut concedendi, abſque expreſſa ſui ſuperioris licentia ad id ab eo ſpecialiter obtenta, ipſo facto eſt excommunicatus, & abſolui nequit, niſi à Romano Pontifice, vel à Præpoſito Generali noſtræ Congregationis. Pius V. Societati Ieſu, vt habetur in eius Priuilegijs, pagina 94. & ſequenti. Et Gregorius XIII. ſtatuit tales tamquam veros Apoſtatas poſſe puniri, & Excommunicationis latæ ſententiæ, ac alijs Apoſtatarum pœnis, Sedi Apoſtolicę, vel Generali noſtræ Congregationis reſeruatis ſubiaceſe, ibidem, pag. 233. & in eius Compendio Priuilegiorum. Tit. Apoſtatæ. §. 1. & 2.

§. 4. PRępoſitus Generalis noſtrę Cōgregationis poteſt per ſe, vel per

alios

alios à ſe deputatos, profeſſos Apoſtatas etiam ſi in Romana Curia inueniantur, capere, incarcerare, & alias ſuæ diſciplinæ ſubmittere. Ex priuilegio Carmelitis conceſſo, de quo in Monumentis Minorum folio 186. conceſs. 469. & in Compendio Societatis Ieſu. Tit. Apoſtatæ. §. 6.

§. 5. PRępoſitus Generalis, alijq. inferiores Præpoſiti, per ſe, vel per alios poſſunt ſententiam excommunicationis in noſtræ Congregationis Apoſtatas promulgare. Paulus III. Societati Ieſu, vt in eius priuilegijs, pagina 33. & in Compendio eiuſdem Tit. Apoſtatæ. §. 7.

§. 6. PRofeſſis Apoſtatis, ſiue pro ſuis culpis eiectis à noſtra Congregatione, niſi ad alium ordinem de licentia Præpoſiti Generalis, aut Summi Pontificis tranſierint, inhibitum eſt ne confeſſiones audire, ſeu prædicare præſumant: quod ſi aliud temere attentauerint, poteſt

Digitized by Google

Generalis excommunicationis ſentẽtiam in illos promulgare. Innoc. IV. Minoribus, vt in Monumentis folio 120. conceſs. 261. & in Compendio Societatis Ieſu Tit. Apoſtatæ. §. 13.

Tit. Benedicere.

VIDE infra in Titulo Eccleſiæ. §. 1.

SCHOLIVM.

Benedictiones, de quibus facta eſt mentio in prima parte noſtri Compendij Priuilegiorum, habentur in Rituali Romano edito, & publicato Anno Domini 1614. iuſſu ſanctiſſimi Pauli Papæ V. ſub Titulis infraſcriptis.

Ritus benedicendi nouam Eccleſiam, ſeu Oratorium Publicum.

Ritus reconciliandi Eccleſiam violatam, ſi nondum erat ab Epiſcopo conſecrata.

Ritus benedicendi nouum cæmeterium.

Ordo reconciliandi cæmeterium violatum.

Benedictio ſacerdotalium indumentorum in genere.

Benedictio mapparum, ſeu linteaminum altaris.

Benedictio Tabernaculi, ſeu Vaſculi pro ſacroſancta Euchariſtia conſeruanda.

Benedictio nouæ crucis.

Benedictio Imaginum Ieſu Chriſti, B. V. Mariæ, & Sanctorum.

Benedictio corporalium habetur in Pontificali Romano, ſub Titulo; De Benedictione Corporalium.

Tit. Bona Congregationis.

§. 1. QVicunque auſi fuerint occupare res quaſcunque, & bona ad Congregationem noſtram ſpectantia, ipſo facto excommunicantur, etiam ſi ſint Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij locorum Ordinarij, &c. Nec poſſunt abſolui niſi à Romano Pontifice,

& in mortis articulo; Non obſtantibus quibuſuis priuilegijs conceſſis quibuſcunque præfatis perſonis etiam Regularibus in contrarium præmiſſorum. Paulus V. Congregationi Sanctæ Mariæ Fulienſis, vt in literis Apoſtolicis dictæ Cõgregationis pag. 98. & 99. & in eius Cõpendio Priuilegiorum Tit. Bona Congregationis. §. 6. & Leo. X. Eremitis ſancti Auguſtini, vt in libro Priuilegiorum eiuſdem ordinis folio 46. & in Compendio Priuilegiorum Societatis Ieſu, Tit. Bonã. §. 5.

SCHOLIVM.

Requiritur vt occupantes ſint moniti huius priuilegij ad hoc vt dictam excommunicationem incurrant.

Sed vide omnino Concil. Trid. in ſeſſ. 22. *cap.* 11. *ſub Decreto de Reformatione.*

De damnificantibus, vide in prima parte noſtri Compendij, Titulo Priuilegia. §. 2.

§. 2. Do-

§. 2. DOmus, Eccleſię, Cellę, & Oratoria per noſtros conſtructa, vel nobis donata, eo ipſo auctoritate Apoſtolica erecta, & confirmata ſunt, ac cenſentur. Paulus III. Societati Ieſu, vt in priuilegijs, pagina 39. & Pius IIII. pagina 77.

Et ſimiliter quæcunque bona nobis donata, relicta, & legata ſunt eo ipſo eadẽ auctoritate Apoſtolica perpetuo nobis applicata ſunt. Paulus III. dictæ Societati Ieſu, vt in dicta pagina 39. & in eius Compendio. Tit. Bona. §. 2.

Tit. Bulla Cœnæ.

§. 1. PEr priuilegium noſtræ Congregationi, & Societati Ieſu conceſſum, nulla noſtrę Congregationis priuilegia, & facultates cenſentur reuocatæ per Bullam Cœnæ Domini. Paulus IV. noſtræ Congregationi, vt habetur infra Tit. Confirmatio Pri-

Digitized by Google

uilegiorum.§.1. in fine, Gregorius XIII. Societati Ieſu Die 18 Martij, anni 1584. pro vt in Viuæ vocis oraculis eiuſdem Societatis habetur, pagina 133. & in Compendio hoc Tit.§.2.

SCHOLIVM.

ADuertat lector quod ſupradictũ priuilegium operatur, quod viuente Sũmo Pontifice qui illud conceſſit, vel confirmauit, nunquam intelliguntur reuocata noſtra priuilegia per Bullas Cœnæ Domini publicatas à ſupradicto Summo Pontifice poſt dictã conceſſionem, vel confirmationem; Vt exempli gratia, ſanctitas Domini noſtri Pauli Papæ V. confirmauit, & innouauit nobis ſupradictum priuilegium Anno Domini 1612. vt patebit infra Tit. Confirmatio Priuilegiorũ. §.3. per Bullas Cœnæ Domini publicatas ab eodem Sũmo Pontifice Anno Domini 1613. 1614. & 1615. & dum viuit idem Summus Pontifex nunquam intelliguntur (per dictas Bullas ſequentes) reuocata noſtra priuilegia

ui-

Digitized by Google

uilegia; & durat hoc, couſq; quod per nouum Summum Pontificem ſucceſſorem Domini noſtri Pauli Papæ V. non fuerit publicata noua Bulla in Cœna Domini; Quia tunc per nouam Bullam à ſucceſſore publicatam intelligũtur reuocata noſtra priuilegia dictæ Bullæ contraria; & ideo per Admodum R. noſtrum Patrem Generalem procurari debet à quocunque Sommo Pontifice ſucceſſore confirmatio, & innouatio noſtrorum priuilegiorum; Quia poſt confirmationem, & innouationem non erunt reuocata per Bullas Cœnæ Domini ſequentes ipſius Summi Pontificis, qui confirmauerit.

Tit. Cauſſæ.

§. 1. PER priuilegium Abbati, & Conuentui Monaſterij ſancti Pauli extra muros Vrbis, Ordinis ſancti Benedicti conceſſum eſt, quandiu in regulare obſeruantia permãſerimus, in omnibus noſtris cauſſis cum quibuſuis perſonis, & ante quoslibet Iudi-

dices ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta procedi debere. Nicolaus V. confirmans literas Eugenij Datas Romæ apud ſanctum Petrum Anno 1447. tertio Kalendas Martij Pontificatus ſui anno primo, & habetur in Regiſtro lib. 2. de Regularibus folio 150. referturq. in manuſcriptis, fol. 40. pag. 1. & melius fol. 73. Idemq. habetur inter priuilegia Montis Oliueti, vt in impreſſis, fol. 47. & ſeq. & in Compendio Societatis Ieſu. Tit. Cauſſa.

Tit. Celebratio Diuinorum.

§. 1. NEc Miſſæ, nec alia Diuina officia ab alijs Religioſis, vel Secularibus celebrari, etiam pro defunctis, ſepultis, vel ſepeliendis in noſtris Eccleſijs: Nec ordines conferri, nec proceſſiones conuocari poſſunt in noſtris Eccleſijs earum Superioribus inuitis. Leo. X. Camaldulenſibus num. 46. & Congregationi Celeſtinorũ,

num.

Digitized by Google

num. 31. & 32. & Minimis vt in eorum Mari magno, & in Compendio Societatis Ieſu, Tit. ſepultura.

SCHOLIVM.

VIDE Emanuelem Rodericum in ſuis Quæſt. Regularibus tomo 1. q. 42. & 45. Vide etiam infra Tit. ſepultura. §. 3. & in eius Scholio.

Tit. Communicatio Priuilegiorum.

§. 1. POteſt Præpoſitus Generalis 70. viros eligere, qui vna cũ vxoribus ſuis vti, & gaudere poſſint in quolibet Monaſterio Congregationis, omnibus, & ſingulis indulgentijs, & remiſsionibus, etiam plenarijs, quibus noſtri fruuntur, & gaudent, ac in poſterum forſan frui, & gaudere poterũt, ſine aliqua differentia, ac ſi noſtræ Congre-

gregationis profeſſi eſſent; Et altero eorum defuncto alium eius loco, vt ſimilibus indulgentijs, & remiſſionibus plenarijs in futuro tempore gaudeant, & fruantur eligere poteſt. Conceſſum eſt fratribus mendicantibus ordinis ſancti Hieronymi alias de Feſulis nuncupatis à Sixto IV. Anno Domini 1472. Die 23. Maij Pontificatus ſui anno primo, & refertur in eorum Compendio Priuilegiorum. fol. 31. & in Compendio Priuilegiorũ Congregationis ſanctæ Mariæ Fulienſis. Tit. Communicatio gratiarum. §. 14.

Tit. Concilium Tridentinum.

§. 1. POſſumus vti'n foro conſcientiæ omnibus gratijs per anteceſſores Pij V. Minoribus conceſſis, etiam quo ad illas ex eis, quæ ſunt reſtrictæ, ſeu derogatæ per Concilium Tridentinum, pro vt eiſdem conceſſit idem Pius V. Viuæ vocis oraculo Die 13. Martij anni 1566. & refertur in Com-

pen-

pendio Societatis Ieſu, in Tit. Concilium. §. 3. Et ab Emmanuele Roderico in eius queſtionibus regularibus tom. 1. queſt. 8. art. 9.

Nec per Gregorium XIII. fuerunt hæc reuocata in foro conſcientiæ, ſed tantùm in foro exteriori, vt docet idem Emmanuel vbi ſupra.

SCHOLIVM.

VIde Emmanuelem Rodericum in ſuis quæſtionibus regularibus tom. 1. q. 8. art. 7. in quo continentur priuilegia per Concilium Trid. derogata, ſeu limitata.

DECRETA CONCILII Trid. ad Regulares pertinentia.

Decretum de non differendo tempore nouitiatus. ſeſſ. 25. ſub Tit. de Regularibus, & Monialibus c. 16. §. Finito tempore, &c.

§. 2. QVod finito tempore nouitiatus ſuperiores nouitios quos habiles inuenerint ad profitendum admittant, aut è Monaſterio eijciant.

Declaratio Congregationis.

DEcretum prædictum procedit tantum in illis nouitijs quos ſuperiores elapſo tempore nouitiatus habiles inuenerint, non autem in his quos inuenerint inhabiles, vt ſunt illi, qui non bene adhuc didicerunt; Et ideò quod

Digitized by Google

quod attinet ad iſtos Pius V. conceſſit quod ſuperiores poſſint prolongare illorum profeſſionem (dummodo habeant ſpem probabilem quod efficiantur habiles) infra ſex menſes. ita reſponderunt Illuſtriſſimi Cardinales Concil. Trid. interpretes, Generali Minimorum Anno 1569. vt refertur in eorum libello, verbo Concilium.

Decretum de remedio Miſſarum, ſeſſ. 25. cap. 4. ſub Decreto de Reformatione.

§. 3. QVod in Eccleſijs vbi magnus Miſſarum numerus reperitur, poſſint Generales Ordinum in ſuis Capitulis Generalibus ſtatuere circa hoc quicquid magis expedire videbitur.

De-

Digitized by Google

SAcra Congregatio cenſuit cap. hoc intelligendum eſſe de Miſſis tãtum, & non de alijs ſuffragijs. Nec de Miſſis in fundatione impoſitis, ſed pro alia cauſſa à teſtatoribus relicta.

SCHOLIVM.

HAnc declarationem refert. F. Hieronymus Sorbus Capuccinus in ſuis annotationibus ad Compendium Priuilegiorum Minorum ſub Tit. Miſſa. 3. quoad modum, verſ. ſecundo Notandum. (Vide infra Titulo Miſſa. §. 4. vna cum Scholio.

Decretum de Quarta funeralium; ſeſſ. 25. ſub Decreto de Reformatione, cap. 13.

§. 4. QVod quibuſcunque in locis iam ante annos quadraginta quarta quæ funeraliũ dici-

dicitur Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ ſolita eſſet perſolui, ac poſtea fuerit ex quocunque priuilegio alijs Monaſterijs conceſſa, poſt hac integro iure, & eadem perſoluatur.

Declaratio Congregationis.

SAcra Congregatio cenſuit hoc Decreto non comprehendi monaſteria ædificata à 40. annis aut quæ in dies ædificantur, aut in futurum ædificabuntur, præſupoſito quod huiuſmodi monaſteria ſint eius Religionis cui à Sede Apoſtolica indultum ſit, vt quartam funeralium Epiſcopo, vel Parocho ſoluere non teneantur.

Item cenſuit hoc Decreto legata non comprehendi.

Itemq. cenſuit, Regularibus qui ſunt in quaſi poſſeſſione non ſoluendi quartã Epiſcopo, vel Parocho non incumbere

Digitized by Google

onus probandi ante 40. annos non ſolui ſolitum ab eorum monaſterijs, ſed ſpectare ad prętendentes Epiſcopos, ſeu Parochos.

SCHOLIVM.

DE quarta funeralium vide etiam infra in Tit. Exemptio. §. 2. & 3. Quibus autem caſibus Tridentina Synodus nos Epiſcopis ſubiecerit patet multis in locis, vt ſeſſ. 5. c. 2. de Reformatione, ſeſſ. 6. c. 3. de Reformat. ſeß. 7. c. 7. & 14. de Reformatione, à verſ. Addendo, & infra, ſeß. 23. cap. 15. §. Nullus, & ſeß. 24. cap. 1. de Reformat. Matrim. verſ. Quod ſi quis Parochus, & cap. 2. de Reformatione, & ibidem, c. 4. verſ. Nullus. Item ſeſſ. 25. c. 4. verſ. Qui vero, & ſequenti, & cap. 11. & 13. quo ad precedentias, & 14. & 16. in fine de Regularibus, &c.

Supradicta, & alia Decreta Concil. Trid. quæ de Regularibus loquuntur, fuerunt ſub vno Titulo annotata à Io: Baptiſta Confecto

in

Digitized by Google

in ſuo Summario Priuilegiorum Ordinum Mendicantium Tit. 2 per totum. Et videri poterit Azor. tomo 1. Inſtit. Moralium, lib. 12. cap. 18.

Tit. Confeſſarius.

§. 1. CONfeſſarij noſtri quælibet iuramenta ſine præiudicio tertij relaxare poſſunt noſtris; Clem. VII. Confraternitati Hoſpitalis imaginis Saluatoris ſancti Ioannis Lateranenſis; vt in priuilegijs impreſſis, folio 132. pagina 2. Et refertur in Compendio Priuilegiorum Societatis Ieſu. Tit. Confeſſarius. §. 6.

Tit. Confirmatio Priuilegiorum.

§. 1. PRiuilegia nobis cōceſſa à Clemen. Papa VII. fuerunt nobis confirmata à Paulo III. Motu proprio, & ex certa ſcientia die 16. Nouēbris 1536. Pontificatus ſui anno 3.

A Iulio verò III. Die 20. Iunij 1551. Pontificatus ſui anno 2. fuerunt confirmata, & innouata noſtra Priuilegia.

A Paulo IV. fuerunt confirmata Die 7. Octobris Pontificatus ſui anno primo, Et inſuper ſtatuit, Vt omnia priuilegia, gratiæ, indulgentiæ, prerogatiuæ, indulta, & exemptiones tam per ipſum conceſſa noſtræ Congregationi, quàm per alios ex tunc in poſterum concedenda, toties integrata, conſirmata, & innouata, ac in priſtinum ſtatum reſtituta eſſe cenſerentur, quoties per eundem (Paulum IV.) & ſedem prædictam alia quæcunque priuilegia alijs Congregationibus, & quorumuis Ordinum Religioſis, & Monachis conceſſa, & concedenda, reintegrari, confirmari, vel innouari, & in priſtinum ſtatum reſtitui contingeret, etiam noſtræ Congregationi conceſſit, & indulſit, cum Decreto, & clauſulis, modo, & forma tũc expreſſis; Non obſtante Bulla in Die Cœnæ Domini legi conſueta.

SCHO-

Digitized by Google

SCHOLIVM.

VIde Scholium quod eſt ſupra Tit. Bulla Cœnæ poſt. §. 1.

§. 2. FVerunt etiam confirmata noſtra priuilegia à Pio V. Gregorio XIV. & Clem. VIII. vt patet in prima parte noſtri Compendij, Tit. Confirmatio Priuilegiorum.

§. 3. VLtimo loco fuerunt confirmata noſtra Priuilegia à Paulo Quinto Die 4. Aprilis 1612. Pontificatus ſui anno 7. his verbis; Omnia, & ſingula priuilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta, principaliter, vel per communicationem, aliàs quomodolibet Congregationi, & Clericis prædictis per quoſcunque Romanos Pontifices, etiam prædeceſſores noſtros, ac Sedem Apoſtolicam conceſſa, quorum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, Apoſtolica auctoritate tenore præ-

ſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisq. perpetuæ, & inuiolabilîs Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, eaq. omnia, & ſingula innouamus, & de nouo concedimus; ac omnes, & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus, &c. Non obſtantibus felic. record. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſores noſtri de vna, & in Concilio Generali ædita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritatè præſentium ad iudicium non trahatur, alijsq; Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Decretis per quoſcunq; Romanos Pontifices ſimiliter prędeceſſoris noſtros, etiam Viuę vocis oraculo, aut alias quomodolibet æditis, nec non aliorum Ordinum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alias roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis quibuſcunque perſonis, ſub quibuſuis, verborum formis, &

te-

tenoribus, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq. efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs Decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis; Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumq. totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, eorum omnium, & ſingulorum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris; hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſq. contrarijs quibuſcunque. Datum Romę, &c.

SCHOLIVM.

IN *ſupradicto priuilegio non adeſt clauſula illa, quæ apponi ſolet in confirmatione priuilegiorum, ſcilicet, Dummodo ſint in vſu, & ſacris Canonibus, & Decretis, Concily Trid. non aduerſentur. Aduerte tamen,*

Digitized by Google

men, quod non per hoc ſunt confirmata priuilegia quæ Concilio Tridentino ſunt contraria; vt docet Suarez in ſuo Tract. de legibus lib. 8. cap. 19. num. 5.

§. 4. PEr confirmationem priuilegiorũ factam à Gregorio XIII. & Paulo V. Societati Ieſu, noſtra priuilegia ſunt etiam confirmata ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis; quia eodem pacto fuerunt illis confirmata à dictis Pontificibus; vt refert Suarez in ſuo Tract. de legibus lib. 8. cap. 19. nu. 2. in fine.

S C H O L I V M.

NOſtra Congregatio gauaet omnibus, & ſingulis priuilegijs conceſſis, & concedendis Societati Ieſu, vt patet infra Tit. Priuilegia. §. 3. Et non ſolum ad inſtar, ſed æquè principaliter, vt patet ex alio priuilegio Gregorij XIV. noſtræ Religioni conceſſo, quod eſt in principio primæ partis Compendij noſtrorum priuilegiorum. §. 4. Ergo quando priuile-

gia

gia ſunt eis confirmata ex certa ſciẽtia, ſunt etiam nobis confirmata æquè principaliter; quia confirmatio priuilegiorum eſt noua gratia, & nouum priuilegium, vt docet Suarez in ſuo Tract. de legibus lib. 8. cap. 19. à nu. 8. vſque ad finem capitis, ſed præcipuè nu. 10. facit ad caſum noſtrum.

Tit. Correctio Fratrum.

§. 1. OMnes ſuperiores per ſe, vel per alios, quoſuis Congregationis inſolentes, & qui id mereri videbuntur, poſſunt liberè excommunicare, capere, & incarcerare, & aliàs ſuæ diſciplinæ ſubmittere; Et ad id, ſi opus fuerit, auxilium brachij ſęcularis inuocare. Paulus III. Societati Ieſu, vt in eorum priuilegijs, pag. 33.

Tit. Diſpenſatio.

VIde infra Titulo Ordines, §. 2. & Titulo Prælati.

§. 1. PRepoſitus Generalis poteſt in Eccleſijs noſtris conſtruēdis primum lapidem, & fundamenta Pontificali more benedicere. Celeſtinus V. ſuę Religioni num. 33. & refertur in Compendio Priuilegiorum ſanctę Marię Fulienſis. Tit. Eccleſię. §. 4.

SCHOLIVM.

SVpradicta benedictio habetur in Rituali Romano iuſſu ſanctiſsimi Pauli Papæ V. ædito Anno Domini 1614. ſub Rubrica, Ritus benedicendi, & imponendi primum lapidem pro Eccleſia ædificanda.

§. 2. ADueniēte caſu neceſſitatis poſſunt Eccleſię noſtrę transferri, & mutari de vno loco ad alium, & locus prioris Eccleſię reduci ad vſus profanos, ſecundum commoditatem dictorum locorum, ſeu domorum, modò tamen

men materia ędificiorum ponatur in Eccleſia altera. Leo X. Viuę vocis oraculo Minoribus, vt habetur in eorum ſupplemento.fol.92. conceſſ.277.& in Compendio Societatis Ieſu. Tit. Eccleſia. §.4.

Tit. Exemptio.

§.1. NVllus ex Religioſis ſub obedientia noſtrę Congregationis degentibus à quibuſuis quacunque Eccleſiaſtica, vel ſeculari dignitate, ſeu auctoritate fulgentibus, etiam ſi Cardinales ſint, vel Patriarchę, Synodi, Communitates, Capitula, aut officij hęreticę prauitatis Inquiſitoris, ac Commiſſarij, vel Iudices, tam ipſius officij, quàm Ordinarij, vel Delegati ad quoduis munus, officium, vel exercitium, etiam in defectum aliorum abſq. expreſſo ſui ſuperioris conſenſu, ac etiam mandato adigi, vel cogi poteſt. Gregorius XIII. Societatis Ieſu, vt in eius priuilegijs. pagina 238.

§.2. Non

§. 2. NOn tenentur noſtri ad ſolutionem canonicæ portionis de legatis de teſtamento, nec etiam de funeralibus, oblationibus, & ſepulturis, etiam in proprijs monaſterijs factis, & abſolutè de quibuſuis, quomodocũque legentur, aut largiantur; Non obſtante Clem. Dudũ de ſepulturis. Sixtus IV. Carmelitis, vt refertur in Compendio Minorum. Tit. Canonica portio. §. 8. & Tit. ſepelire. §. 7. & in monumentis. fol. 169. conceſs. 395. & folio 181. conceſs. 436. Et Eugenius IV. Congregationi ſanctæ Iuſtinæ quinto nonas Iunij 1436. Pontificatus ſui anno 6. & Alexander IV. Prædicatoribus, vt in eorum priuilegijs. fol, 44.

§. 3. PEr priuilegium conceſſum Carmelitis à diuerſis Romanis Pontificibus, & à Paulo V. confirmatum, inhibetur omnibus, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Rectoribus Parochialium Eccleſiarum, cæteriſque quibuſcunque perſonis in virtute ſanctæ

obe-

Digitized by Google

obedientiæ, nè à noſtris quartam funeralium exigere audeant, vel præſumant.

SCHOLIVM.

Copia authentica ſupradicti priuilegij habetur in noſtro Archiuio. Quomodo autem intelligatur, vide ſupra Tit. Conc. Trident. §. 4. *cum Declaratione Congregationis.*

§. 4. PEr priuilegium conceſſum à Sixto I V. Canonicis Regularibus, Saluatoris Lateranenſis, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, decimo Calendas Septembris, Pontificatus ſui annò 6. ſunt exempti, & liberati noſtræ Congregationis Patres, & Fratres à iuriſdictione quoruncunque Sedis Apoſtolicæ Legatorum, ac eius Nunciorum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporũ, & aliorum quoruncunque Iudicum, Ordinariorum, & extraordinariorum, & imme-

Digitized by Google

mediatè ſubduntur Sedi Apoſtolicę; Cuius priuilegij verba ſunt hæc. Attendentes autem quantæ venerationis, & ſanctimoniæ ſemper fuerit Congregatio huiuſmodi in Eccleſia Dei, & quantum plantatio ſacra, norma religionis chriſtianæ floruit, ac propterea decens, quinimo debitum reputantes, vt ſpiritualibus prærogatiuis gaudere, ac ſub noſtra, & eiuſdem Sedis protectione militare, præcipuisq. honoribus, & gratijs extolli, & decorari debeat. Congregationem ipſam, illiuſq. Monaſteria, Eccleſias, & loca quælibet, ac illorum Canonicos, ſeu perſonas præſentes, & futuras, (vagabundis, & fugitiuis exceptis, aut aliter extra ordinem, ſeu Congregationem ipſam, abſque ſuperiorum licentia commorantibus, quibus nolumus hæc aliqualiter ſuffragari) à quoruncunque prædictæ Sedis Legatorum, ac eius Nunciorum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorũ quoruncunque Iudicum, Ordinariorum, aut extraordinariorum iuriſdictione, au-

cto-

ctoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, cura, ac charitatiui ſubſidij ſubuentione, & exactionum quoruncunque præſtatione. Nec non Synodalibus, & alterius cuiuſcunque congregationis, ſeu proceſſionum euocationibus, motu, & ſcientia prędictis, pœnitus, & omnino eximimus, ac totaliter liberamus, eamq. in ius, & proprietatem Beati Petri, ac Sedis eiuſdem, & ſub eorum ſpirituali protectione, atq; noſtra ſuſcipimus: Ita quod de cætero cum Monaſterijs, membris, Eccleſijs, locis, perſonis, & iuribus ſuis quibuſcunq; eidem ſedi immediatè ſubiecta exiſtat, & omnino eſſe cenſeatur; Quodque Legati, aut Nuncij præfati, ſeu locorum Diæceſani, aut alij ordinarij quicunque, vel aliæ quæuis perſonæ, quantacunque ampla præfulgeant dignitate, ſeu præeminentia, in Congregationem, Canonicos, perſonas, Monaſteria, Eccleſias, membra, & loca prædicta: vtpotè prorſus exēpta, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſententias, ſeu alias cenſuras, ſiue

Digitized by Google

ue pœnas ſpecialiter, vel generaliter, eorum auctoritate ordinaria promulgare; nec vllam in Monaſteria, Eccleſias, perſonas, & loca huiuſmodi præeminentiam, ſuperioritatem, & iuriſdictionem quomodolibet exercere poſſint, etiam ratione contractus, vel delicti, ſeu rei de qua ageretur, vbicunque ineatur contractus, committatur delictum, & res ipſa conſiſtat. Decernentes ex nunc omnes, & ſingulos proceſſus, ac excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, cenſuras, & pœnas, quas, & quicquid contra Congregationem, ſeu illius Canonicos, Monaſteria, perſonas, Eccleſias, & loca, haberi, & fieri, contigerit, ſeu etiam promulgari, irritos, & inanes, nulliuſq. roboris, & momenti eſſe, ac pro nullis, & infectis haberi debere, etiam exemptione cõgregationis, quam tanquam notoriam, & manifeſtam haberi volumus, non aliter allegata, ſeu aliter de ea mentione facta.

SCHO-

Digitized by Google

SCHOLIVM.

SVpradictum priuilegium habetur per extenſum in Indultis, & priuilegijs Canonicorum Regularium S. Saluatoris Lateranenſis impreſſis Mediolani Anno Domini 1606. à fol. 345. vſque ad folium 363.

Vide etiam ſimile priuilegium ab alijs Summis Pontificibus conceſſum in prima parte noſtri Compendij Priuilegiorum ſub Tit. Exemptio. §. 2.

Tit. Extrema Vnctio.

VIde in prima parte noſtri Compendij Priuilegiorū, Tit. Communicare. §. 3.

Tit. Familiares.

§. 1. POſſunt noſtri, famulis noſtrarum domorum in habitu ſeculari deſeruiētibus, quoties

opus fuerit, etiam paſchatis tempore, & in mortis articulo in noſtris domibus, & Eccleſijs ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, & Extremæ Vnctionis ſacramenta miniſtrare, & ſepulturæ beneficium, cuiuſuis licentia ſuper hoc minimè requiſita, impendere. Leo X. Minimis, vt in eorum priuilegijs. fol. 57. & in Compendio Priuilegiorum Societatis Ieſu. Tit. Familiares. §. 2.

SCHOLIVM.

Vide ſimile priuilegium nobis conceſſum à Pio IV. in prima parte noſtri Compendij Priuilegiorum. Tit. Communicare. §. 3. excepta ſepultura.

§. 2. PEr priuilegium Alexandri IV. conceſſum fratribus Hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolimitani, nemo ſine ſpeciali mandato Romani Pontificis ſeruientes noſtræ Congregationis, etiam laicos, donec in ſeruitio domus fuerint, excommunicationi, vel interdicto poteſt ſubij-

bijcere: & aliter lata, irrita eſt ſententia, & inanis. Refertur in Compendio Minorum. Tit. Familiares.§.11. & in Compendio Societatis Ieſu eod. Tit. §.5.

Tit. Generalis.

§. 1. OMnes Chriſti fideles, qui verè pœnitentes, & confeſſi, ac communicati in die aliqua per Præpoſitum Generalem ſemel pro ſemper nominando, aliquam Eccleſiam, ſeu Cappellam, aut pium locum noſtræ Congregationis, vbicunque noſtros habitare contigerit dummodo ſi ſint plures Eccleſiæ noſtræ Congregationis in eadem Ciuitate, Terra, aut loco, vna tantùm ad id per Præpoſitũ Generalem ſtatuatur annis ſingulis, præterquàm Iubilæi, à primis Veſperis vſque ad occaſum Solis eiuſdem diei deuotè viſitauerint, & ibi quinquies Orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam recitauerint, vel alias ad Deum orationes pro

ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, fideiq. Catholicæ incremento effuderint, Plenariam indulgentiam in forma Iubilæi conſequentur. Gregorius XIII. Societati Ieſu, vt in eorum priuilegijs. pagina 188. adiunctis literis Pauli III. pag. 41. & ſequenti, & habetur in eorum Cõpendio Priuilegiorum. Tit. Indulgentię. §. 23.

SCHOLIVM.

SVpradicta facultas non eſt reuocata per Bullam reuocatoriam Indulgentiarum Regularibus factam per Paulum V. Die 23. Menſis Maij Anni 1606. Primo, quia hæc Indulgentia conceditur loco, & reuocatio eſt facta perſonis regularibus; Secundo, quia eſt communis omnibus viſitantibus, ſiue laici ſint, ſiue Regulares; Tertio, quia facultas nominandi conceſſa Generali non eſt Indulgentia: & ex diuerſis non fit illatio, c. Ad audientiam, de Decimis, l. Papinianus exuli. ff. de Minoribus.

Tit. Gradus.

§. 1. QVicunq; per noſtros ad gradus promouea̅tur, gaudere poſſunt omnibus priuilegijs, & prærogatiuis, quibus gaudent ij qui in Vniuerſitatibus rigoroſo examine præuio, ac alias iuxta inibi obſeruari ſolitos, & requiſitos vſus promouentur. Iulius III. & Pius IV. Societati Ieſu, vt in eius priuilegijs pag. 69. & ſequenti, & pag. 86.

SCHOLIVM.

QVomodo ad gradus ſunt promouendi, habetur in prima parte noſtri Compendij Priuilegiorum. Tit. Gradus. §. 1.

Tit. Habitus.

§. 1. OSculantes habitum noſtrorum Religioſorum conſequuntur

indulgentiam quinque annorum, ac totidem quadragenas de iniunctis pęnitentijs. Ioannes 23. Ordini Prędicatorum, vt habetur in ſupplem. folio 95. conceſs. 307. & refertur ab Emanuele Roderico in ſuis queſt. Regularibus tomo 2. q. 76. art. 11.

Tit. Hæreditas.

§. 1. QVæcunque bona parentum, & aliunde ratione ſucceſſionis, vel alio iuſto titulo profeſſis Fratribus obuenientia, poteſt Domus in qua profeſſi ſunt liberè petere, ac licitè retinere, perinde, ac ſi in ſeculo remanſiſſent. Innocentius IV. & confirmatum fuit à Pio II. Priuilegio 86. Ordini Ciſtercienſis; Clem. IV. Ordini Prædicatorum, & Minorum, vt patet in Compendio Priuilegiorum Minorum. Tit. Hæreditas. §. 1. Et quæcunque hęreditas, legata, & fideicommiſſa quomodocunque de Iure noſtris fratribus, ſeu

do-

domibus delata, per mediam perſonam nomine congregationis exigi, adiri, & retineri poſſunt. Pius II. Oliuetanis Priuilegio. 23. folio 55. & Iulius II. Priuilegio 31. fol. 85. & Eugenius IV. Congregationi ſanctæ Iuſtinę, vt in Compendio ſancti Benedicti Hiſpaniæ num. 10. Et etiam bona, quę noſtris fratribus ante profeſſionem competebant, Domui ſuæ acquiruntur, ibidem, & Leo X. Camaldulenſibus. nu. 55. & 56.

SCHOLIVM.

PER ſacrum Conſilium Neapolitanum fuit declaratum, & deciſum, Patres noſtrę Congregationis eſſe capaces in communi hæreditatis. ita Vincentius de Franchis in prima parte, deciſione 14. à num. 10. verſ. Quo ad primum, vſque ad numerum. 16. excluſiuè.

Pręterea eſt Sciendum, quod ſicut ſeruus, & filius familias, legatarij, & hæredes ef-

ſecti, Patri, & Domino acquirant, l. cum proponas de Herædibus inſtituendis, ita etiam Religioſus hæres inſtitutus, vel cui per teſtamentum, vel aliam vltimam volũtatem, ſucceſſionem, vel etiam inter viuos aliquid relictum eſt, non ſibi ſed Monaſterio quærit, c. in præſentia de Probat. Authent. Ingreſſi. C. de Sacroſanctis Eccleſÿs; Amplius vſusfructus quem habet ingrediens Monaſteriũ durante vita eius quæritur Monaſterio ſecundum doctrinam glo. & Bart. in Authent. Idẽ eſt. C. de Bonis quæ liberis; Et iuxta multorum opinionem filius petere non poteſt legitimam ſibi debitam in bonis Patris facti Religioſi etiam poſt profeſſionem donec Pater moriatur, licet contraria opinio ſit æquior, & Iuri Pontificio probabilior, ut tradit Nauar. in Comment. 2. de Regularibus, num. 48.

Nec eſt dubium quin Religioſi ad vtilitatem Monaſterÿ, ſinguli de religione ſuis parentibus, & agnatis ab inteſtato, quemadmodum, & alÿ exiſtentes in ſeculo poſſint ſuccedere; (niſi prius ante profeſſionem renun-

nunciauerint) Quinimo non licet eorum parentibus eos à portione legitima repellere, vt probatur in l. De nobis. C. de Epiſcopis, & Clericis, & in c. vnico. 18. q. 1. & cap. Non liceat parentibus. 19. q. 1. Nec propter ingratitudinem ante religionis ingreſſum cõmiſſam exheredari poſſunt. cap. Non licet, & ibi glo. 19. quæſt. 4.

Vide Emmanuelem Roder. in ſuis quæſt. Regularibus tomo 2. q. 77. art. 1. & ſequenti, & q. 78. 79. & 80. Et AZorium tom. 1. inſtit. Moralium lib. 12. cap. 8. & Hieronymum Sorbum Capuccinum in ſuis Annotationibus ad Comp. Priuilegiorum Minorum. Tit. Hæreditas verſiculo circa autem obſeruantiam fol. mihi 391. lit. E.

Sciendum eſt etiam, quod quamuis noſtri ex ſua modeſtia non ſoleant legata ſibi relicta petere in iudicio, tamen à Doctoribus duplici remedio eis conſulitur.

Primo enim eis conſulit Iudicis officium: Nam

Nam poteſt Iudex ex ſuo mero officio (nemine etiam ad hoc agente) compellere hæredem, vel illum qui ad hoc tenetur ex teſtamento, vel alias, vt adimpleat, & ſoluat. Ita tenet Speculator in Tit. de inſtrum. edi. §. Nunc vero aliqua, Bart. in l. Ne quicquam. §. fin. ff. de officio Proconſ. & Io. Andreas in cap. Si hæredes extra de teſtamen. Vide etiam Baldum in l. Nulli. C. de Epiſcopis, & Clericis, & Collector Priuilegiorum Mendicantium in ſua Annot. Compendij Priuilegiorum dicti Ordinis Mendic. Tit. Hæreditas, poſt. §. 6.

Alterum remedium quo eis conſulitur eſt, quod quilibet de populo poteſt agere in Iudicio, vt legata, & relicta ad pias cauſas ſoluantur; Nam cuilibet de populo competit actio, vt patet in Authentica de Eccleſiaſticis titulis. §. Si autem collat. 9. & ibi Angelus de Peruſio, & in l. Nulli. C. de Epiſcopis, & Clericis in fine, Ludouicus Romanus in Authent. Simile. C. Ad legem Falcidiam, Bart. in l. Ne quicquam, ff. de officio Proconſ. & Col-

lector

Digitized by Google

lector Priuilegiorum Ordinis Mendicantium in loco praallegato.

Tit. Immunitas.

§. 1. FVgientes ad noſtras Eccleſias ſecuritate gaudent. Appellatione autem Eccleſiarũ veniunt Monaſteria noſtra, ſeu Domus Congregationis vna cum hortis, hortalitijs, clauſtris, officinis, & locis omnibus infra illarum ambitum incluſis. Conceſſit Innoc. VIII. Seruitis Anno 1487. vj. Kalendas Iunij Pontificatus ſui Anno 3. & refertur in Compendio Societatis Ieſu. Tit. Immunitas. §. 2.

SCHOLIVM.

HAec immunitas non ſuffragatur perſonis exceptuatis per Bullam Gregorij XIV. ſuper immunitate Eccleſiarum, publicatam Die 28. Menſis Maij 1591. Vt publicis

*bliis latronibus, viarumq; graſſatoribus,
Aſſaßinis, Hæreticis, &c.*

Tit. Indulgentiæ quo ad Seculares.

§. 1. OMnes Chriſti fideles qui alicui confeſſario noſtræ Congregationis cõfeſſi fuerint, ac in honorem, & deuotionem paſſionis Chriſti preces deuotè effuderint, plenariam indulgentiam ſemel in vita conſequuntur, in forma Eccleſiæ conſueta. Paulo III. Societati Ieſu, vt habetur in eius Compẽdio Priuilegiorum hoc Tit. §. 5.

§. 2. PRocuratores noſtri, & eorũ ſubſtituti, nec non eorum filij, parentes, fratres, & vxores, poſſunt promereri indulgentias ſtationum Romæ, recitando in noſtris Eccleſijs quinquies Pater noſter, & Aue Mariæ, &c. pro Summo Pontifice, & felici ſtatu S. R. Eccleſię, illis

illis diebus, ſicut ſunt Romæ. Innocentius VIII. vt habetur in ſupplemento Minorum, fol. 99. conceſſ. 367. & refertur in Compendio Societatis Ieſu: Tit. Indulgentiæ. §. 29. Per facultatem verò eiſdem Minoribus factam, de qua in eorum monumentis. fol. 70. ante finem, & refertur in Compendio Priuilegiorum Societatis Ieſu. Tit. Indulgentiæ. §. 29. Medici ordinarij noſtrorum gaudent eiſdem indulgentijs quibus, & Procuratores domorũ noſtrarum. Et idem conceſſum eſt ſeruitoribus per Priuilegium Sixti IV. Minoribus conceſſum, vt eſt in eorum monumentis, fol. 67. conceſſ. 114. Qui addidit etiam Indulgentias ſanctę Marię portiũculę, dummodo addant poſt quinque Pater, & Aue Maria vnũ Gloria Patri, &c. in fine.

SCHOLIVM.

De hac materia vide ſupra Tit. Comunicatio Priuilegiorum, & Tit. Generalis,

ralis, & Tit. Habitus. §. 1. & infra Tit. Viſitatores, & Tit. infirmi.

Tit. Indulgentiæ pro Defunctis.

§. 1. PEr priuilegium Sixti IV. conceſſum Minoribus obſeruantiæ, & Monialibus ſanctæ Claræ Patres, & Fratres noſtrę Congregationis recitando quinquies Pater noſter, & totidem Aue Maria in noſtris Eccleſijs, lucrantur omnes indulgentias, tam plenarias, quàm non plenarias conceſſas Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Angelis, & Eccleſijs almæ Vrbis, ac ſi viſitarent dicta loca perſonaliter vbi ſunt dictæ indulgentię in diebus ſuis, vt habetur in Compendio Priuilegiorum Minorum Tit. Indulgentiæ ſtationum quo ad Fratres. §. 3. & 7.

SCHO-

Digitized by Google

SCHOLIVM.

SVpradictum Priuilegium eſt idem cum illo quod eſt in prima parte noſtri Compendij Priuilegiorum Tit. Indulgentiæ. §. 11. Sed hic aſsignantur orationes dicendæ pro lucrandis indulgentijs, quæ non fuerunt ibi aſſignatæ. Et poſſumus pro defunctis tantũ illas applicare per priuilegium Leonis X. de quo facta eſt mentio in loco præallegato noſtri Compendij. §. 10. Quia per reuocationem indulgentiarum factum per S. Pontificem Paulum V. noſtri pro ſe ipſis lucrari illas non poſſunt; ſed bene pro defunctis, vt dictum eſt in prima parte noſtri Compendij Tit. Indulgentiæ. §. 9. & Scholio poſt. §. 11.

§. 2. NOſtri dicentes vnum Miſerere indulgentiam plenariam conſecuntur. Sixtus IV. vt eſt in priuilegijs Canonicorum Regularium Lateran. & refertur in Compendio Societatis Ieſu. Tit. Indulgentiæ ordinariæ quo ad Fratres,

tres,

tres, in Annotationibus Capuccini verſ. Fratres dicentes vnum Miſerere.

SCHOLIVM.

INdulgentia ſupradicta poteſt tantum pro defunctis per modum ſuffragij applicari, vt patet ex ſupradictis in præcedenti Scholio.

Tit. Infirmi.

§. 1. PAtres, & Fratres noſtræ Cõgregationis infirmi, & valetudinarij pro conſequendis indulgentijs eadem recitando in cellis, ac etiam in lectulis, quando commodè aliter dicere non poſſunt, conſequuntur eaſdem indulgentias quas viſitando Eccleſias conſequerentur. Innoc. III. Minoribus, & Prædicatoribus, vt habetur in Monumentis. fol. 69. cõceſſ. 160. & in ſupplemento. fol. 100. conceſſ. 390. & in Cõpendio Priuilegiorũ Societatis Ieſu. Tit.

Indulgentiæ. §. 2. Et generaliter quando aliqua neceſſitate, vel infirmitate eſſerit grauati, vel in itinere conſtituti, ita quod Eccleſias pro conſequẽdis indulgentijs, & alijs gratijs cõceſſis adire non poſſunt, illas conſequentur, dicendo dumtaxat illud, quod in Eccleſia dicturi erant; vt habetur in Summario Priuilegiorum ſanctæ Iuſtinæ in priuilegijs impreſſis. folio 121. & in Compendio Priuilegiorum Societatis Ieſu. Tit. Indulgentiæ. §. 2.

Neſcientibus verò legere ſufficit, vt alias orationes dicant. Pius V. Viuę vocis oraculo Societati Ieſu; vt in Viuæ vocis oraculis, pag. 52. & in eius Compendio. Tit. Indulgentię. §. 1.

SCHOLIVM.

ORationes dicendæ à neſcientibus legere, cum non ſint determinatæ, arbitrio ſuperioris erunt determinandæ; Nam quod à Iure non eſt determinatum, arbitrio

Iudicis determinandum eſt, iuxta text. in c. De cauſis. §. 1. extra de officio Delegati, l. 1. ff. De Iure deliberandi, & docet Nauar. conſil. 63. de Præbendis, & Sanchez de Matrimonio tom. 2. lib. 7. diſp. 7. num. 4.

Tit. Miſſa.

§. 1. PEr facultatem cõceſſam Congregationi ſanctæ Iuſtinæ de Padua Ordinis ſancti Benedicti à Gregorio XIII. Viuæ vocis oraculo facto Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Alexandro Cardinali Farneſio eiuſdem Ordinis Protectori Anno XI. ſui Pontificatus, noſtri dum iter faciunt, poſſunt Miſſam celebrare ante Aurorarn, & poſt mediam noctem, vt refertur in Compendio Priuilegiorum ſancti Hieronymi Hiſpanię. fol. 50. & in Comdio Priuilegiorum ſanctæ Mariæ Fulienſis. Tit. Miſſa. §. 4.

§. 2. Per

Digitized by Google

§. 2. PEr priuilegium conceſſum Fratribus ſancti Hieronymi Hiſpaniæ à Gregorio XIII. Anno 1583. Die 14. Auguſti Pontificatus ſui Anno 12. poſſunt noſtri Sacerdotes ad conſolationem, & ſalutem animarum familiarium, & operariorum, ſeu laborantium in Monaſterijs noſtris, Miſſam per horam ante Crepuſculum liberè, & licitè, & ſine conſcientię ſcrupulo celebrare. Et mandatur in virtute ſanctę obedientiæ quibuſuis locorum ordinarijs, ne noſtros, aut aliquem noſtrorum moleſtare, aut impedire audeant ſuper pręmiſſis; vt habetur in eorum Compendio priuileg. Tit. celebrare.

§. 3. SAcerdotes noſtræ Congregationis cauſa neceſſitatis poſſunt ante, & poſt horam ſtatutam ab Eccleſia celebrare. Sixtus IV. Fratribus Ordinis Minorum obſeruantię; vt patet in eorum Compendio Priuilegiorum. Tit. Miſſa ſecundo quo ad tempus. §. 3.

Digitized by Google

§. 4. PRepoſitus Generalis noſtrę Cõgregationis in Viſitatione poteſt in multitudine miſſarum diſpenſare; adeo vt in Miſſa poſſint poni vſque ad nouem collectę, & quęlibet collecta valeat pro Miſſa. Iulius II. Generali Ordinis Minorum Anno Domini 1508. Quę cõſtitutio incipit Sacer Ordo, &c. & Leo X. anno 1513. in Conſtitutione quę incipit; Expoſcit dilectorum, &c. de quibus Conſtitutionibus mentionem facit Nauar. in conſil. 3. de Priuilegijs lib. 5. & Hieronymus Sorbus Capuccinus in ſuis Annotationibus ad Compend. Minorum. Tit. Miſſa tertio quoad modum, verſic. Tertio notandum.

SCHOLIVM.

EX *conſilio 3. Nauarri. Tit. de Priuilegijs lib. 5. qui ad quaſdam dubitationes ſuper dictis priuilegijs ſibi factas reſponſum dedit, colliguntur infraſcripta notanda.*

Pri-

Digitized by Google

Primo, quod ſupradicta facultas data eſt omnibus Generalibus, qui pro tempore erunt. Nauar. vbi ſupra num. 1.

Secundo, quod poteſt diſpenſare non ſolum in Miſsis receptis tempore dictarum Bullarum, ſed etiam in poſtea receptis ante eorũ viſitationem, & tempus in quo petitur diſpenſatio. Nauar. vbi ſupra num. 2.

Tertio, quod Generalis non poſſet diſpenſare per alium, delegando poteſtatem ſuam. Nauar. vbi ſupra num. 4.

Quarto, quod huiuſmodi diſpenſatio non debet fieri niſi cum magna conſideratione; & cognoſcere quàm grandis ſit multitudo earũ, & qua cauſa ſunt receptæ, & iubere, vt celebrentur ea quæ commodè poſsint celebrari, & ſuper alijs diſpenſare; Et quod Generalis communicet, & applicet ijs, qui Miſſas inſtituerunt omnia bona, quæ fient in Congregatione noſtra, vel in illa Domo, vſque ad quantitatem, quæ attingat valorem quem haberẽt

Miſſæ, ſi ſingulariter, & integrè dicerentur pro eis, vel ad intentionem eorum Nauar. vbi ſupra num. 5.

Quinto, omnes collectæ dici debent; quia ſeruanda eſt forma commiſſionis. c. Prudentiam de officio delegati, c. Piſanis de Reſt. ſpoliat. Nauar. vbi ſupra num. 5. in fine.

De hac materia vide eundem Nauar. in conſil. 6. nu. 9. & 10. de celebratione Miſſarum lib. 3. Et ſupra Tit. Concil. Trid. §. 3. ſub Decreto de Remedio Miſſarum.

Tit. Ordines.

§. 1. PEr facultatem cōceſſam Congregationi S. Benedicti Vallis Oleti à Clem. VIII. Anno 1596. Die 2. Auguſti Pontificatus ſui Anno V. poſſunt noſtri cum literis dimiſſorijs ſuperiorum ſuorum, à quibuſcunque locorum ordinarijs ad omnes etiā Preſbyteratus ordines promoueri, abſq; Epi-

ſcopi

ſcopi Diœceſani licentia, ſeu literis commendatitijs.

§. 2. SI quis ex noſtris, ob alicuius ex ſacris Ordinibus ante legitimam ętatem ſuſceptionem, incurrerit ſuſpenſionem, vel etiam irregularitatem, poteſt à Prępoſito Generali, & quocunq; Congregationis ſuperiore abſolui, & ita diſpenſari, vt non ſolùm in ſuſceptis miniſtret, ſed etiam ad omnes alios, etiã Preſbyteratus Ordines promoueatur, & poſtquam promotus fuerit in Altaris miniſterio miniſtrare: ac Miſſas, aliaque Diuina officia celebrare liberè poſſit. Sixtus IV. Oliuetanis Priuilegio. 36. fol. 120.

SCHOLIVM.

BVlla Sixti V. contra Clericos malè promotos, quæ incipit, Sanctum, & ſalutare, &c. non obſtat, cum ſit reuocata per Clem. VIII. in ſua Bulla quæ incipit Romanum Pontificem decet, etc.

Digitized by Google

§. 3. SI quis conuerſus, ſeu laicus noſtrę Congregationis ad Clericatum aſcenderit, ſine Cręlatorum Congregationis obedientia, etiam ſi vſque ad ſacerdotium promotus ſit, poſtquam reuerſus fuerit, omni honore Clericali priuari debet: & non permitti Canonicum perſoluere officium; ſed ad laicum officium perſoluendum, & ad merum ſtatum ſuum laicalem reduci debet; ita ſtatuit, & ordinauit Leo X. Minoribus vt refert. F. Hieronymus Sorbus Copuccinus in ſuis Annotationibus ad Compendium Minorum. Tit. Laici fratres. §. 4. & Tit. Ordines ſacri. §. 4.

Tit. Pacta.

§. 1. OMnes conuentiones, obligationes, compoſitiones, & pacta, quę Religioſi noſtri faciunt, etiam ſi ſuperiores ſint, contra Conſtitutiones, & conſuetudines noſtrę Congregationis, abſque Capituli Gene-

ralis licentia, ipſo facto ſunt irrita, & nulla. Alexander IV. & Honorius IV. Ordini Minorum, vt habetur in eorum Cōpendio Priuilegiorum. Tit. Conuentiones. §. 1. & 2.

Tit. Prælati.

§. 1. OMnes Prępoſiti, & alij Superiores Pręlati noſtrę Cōgregationis, quo ad Religioſos ſibi ſubditos poſſunt per ſeipſos idem omnino, quod poſſunt Epiſcopi in Clericos, & Laicos ſibi ſubditos, quo ad facultatem abſoluendi, & diſpenſandi in irregularitatibus de quibus in Concilio Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. ſub Decreto de Reformatione, Pius V. Fratribus Prędicatoribus anno 1571. Die 22. Iulij, & refertur in libello Priuilegiorum Minimorum. fol. 127. & à Io: Baptiſta Confecto. fol. 226. quę eſt Bulla X. Pij V. & à Suarez in 3. parte D. Thomę tomo 4. de Pęnitentia diſput. 30. ſect. 2. num. 7.

§. 2. Pręe

§. 2. PRęſati noſtrę Congregationis in confeſſionibus audiendis, & abſolutionibus impendendis, & pœnitentijs iniungendis, alijsq. ſalutem animarũ dumtaxat concernentibus exequendis, omnium, & ſingulorum Fratrum noſtrę Congregationis, habent eandem poteſtatem, & facultatem qualem in pręmiſsis habent, & exercent Fratres Minores, Pęnitentiarij Sedis Apoſtolicę, ſeu Curię Romanę. Eugenius IV. Ordini Carmelitarum, vt habetur in Compendio Priuilegiorum Minorum. Tit. Abſolutio quo ad Fratres. §. 37.

SCHOLIVM.

ADuertendum eſt, quod Præpoſiti noſtræ Congregationis vti poſſunt omnibus priuilegijs conceſſis Abbatibus Ordinũ Monachalium, Guardianis, & Prioribus Ordinum Mendicantium; Et ratio eſt, quia gaudemus eorum priuilegijs non ſolum ad eorum inſtar, ſed æquè principaliter, & pari-

ſor-

Digitized by Google

formiter, in omnibus, & per omnia, ac ſi noſtræ Congregationi ſpecialiter, & expreſſè eſſent conceſſa; vt patet in prima parte noſtri Compendij Priuilegiorum in principio. §. 4. Et docet Collector Priuilegiorum Fratrũ Minorum in eorum Compendio in Tit. Abbas in fine, loquens de Prælatis Frarrum Minorum.

Tit. Priuilegia.

§. 1. CLemens Papa VII. in Breue fundationis noſtræ Congregationis. Dato Romę Die 24. Menſis Iunij 1524. Pontificatus ſui anno primo conceſſit nobis, & noſtrę Cõgregationi Priuilegium tenoris ſequentis.

Vt omnibus, & ſingulis Priuilegijs, Exemptionibus, Immunitatibus, Indulgentijs, Facultatibus, Libertatibus, Auctoritatibus, Indultis, Fauoribus, Conceſſionibus, & Gratijs ſpiritualibus, & tempo-

po-

poralibus, quibus potiuntur, & gaudent; aut in futurum potientur, & gaudebant Canonici Regulares Lateranenſis Congregationis, Perſonę, & loca eorum, vos, perſonę, & loca veſtra vti, potiri, & gaudere poſſitis, quorum tenores, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus: ita vt literę Apóſtolicę ſuper eiſdem priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, conceſſionibus, & gratijs eiſdem conceſſis, vel pro tempore concedendis, mutatis dumtaxat nominibus, cognominibus, inuocationibns, & diebus, ad libitum expediri poſſint, perindè, ac ſi illa omnia, & ſingula, non ſolum per clauſulas generales; ſed per eorum tenoris, de verbo ad verbum, expreſſionem, & inſertionem fuiſſent vobis per has noſtras literas, ſub hac ipſa die expreſſa, & ſpecialiter conceſſa tenore pręſentium ex certa noſtra ſcientia, & ex Apoſtolicę plenitudine poteſtatis vobis, ac ſocijs, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum concedimus pariter, & indul-

dulgemus; Non obſtantibus quibuſcunque contrarijs, quibus expreſsè derogamus.

SCHOLIVM.

De ſupradicto priuilegio compendioſam mentionem feci in prima parte noſtri Compendij, in principio. §. 2. Hic vero, vt magis eius vis cognoſcatur, per extenſum, & eiſdem verbis tranſcripſi.

§. 2. IDem Pontifex Clemens VII. Die 7. Martij 1533. Pontificatus ſui Anno X. conceſſit nobis, & noſtrę Congregationi aliud priuilegium tenoris ſequentis.

Ac inſuper vobis, quod omnibus, & ſingulis priuilegijs, indulgentijs, pręrogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, gratijs, & indultis quorumuis etiam Ciſtercienſium, & Cluniacenſium Monachis, & aliorum etiam Mendicātium Or-

dinum

Digitized by Google

dinum Fratribus, tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus, in ſpecie, vel in genere, etiam communicatiuè per quoſcunque Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, & pro talibus habitos, ac ſedem prędictam quomodolibet conceſſis, & in poſterum concedendis, & quibus illi tam in vita, quàm in mortis articulo, etiam circa peccatorum remiſſiones, & iniunctarũ pœnitentiarũ relaxationes, aut alias quomodolibet vti, potiri, & gaudere poterant, aut poſſunt quomodolibet in futurum, quę omnia, ac ſi hic de verbo ad verbum inſererentur, pręſentibus pro expreſſis haberi volumus, perpetuis futuris temporibus vtamini, potiamini, & gaudeatis, ac vti, potiri, & gaudere; nec non illorum omnium participes eſſe poſſitis, & debeatis indulgemus. Ac priuilegia, indulgentias, pręrogatiuas, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta Monachis, & Fratribus prędictis, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, tam in ſpecię, quàm in genere, etiam communica-

ca-

Digitized by Google

catiuè conceſſa, vt præfertur, ad vos extendimus, & ampliamus; ac in vobis locũ habere, & ſuum plenarium effectum ſortiri debere, decernimus, & declaramus; Non obſtantibus contrarijs quibuſcunque.

§. 3. PAulus IV. Die 7. Octobris Pontificatus ſui anno primo conceſſit, vt noſtra Congregatio gauderet omnibus, & ſingulis priuilegijs, indulgentijs, prærogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, gratijs, & indultis Societati de Ieſu almę Vrbis, tã in ſpiritualibus, quàm temporalibus, in ſpecie, vel in genere per quoſcunque Romanos Pontifices prędeceſſores ſuos, & dictam ſedem, quomodolibet conceſſis, & concedendis, & quibus ſocietas huiuſmodi tam in vita, quàm in mortis articulo, etiam circa peccatorũ remiſſiones, & iniunctarum pœnitentiarum relaxationes, & Euchariſtię adminiſtrationem, & alias quomodolibet vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti,

po-

potiri, & gaudere poterant, ſimiliter noſtra Congregatio, & Clerici noſtrę Congregationis vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſent, & valerent; ac illorum omnium participes eſſe deberent, conceſſit, & indulſit. Priuilegia quoque, indulgentias, prçrogatiuas, & alia omnia eidẽ ſocietati etiam communicatiuè conceſſa, ad noſtram Congregationem, & Clericos noſtrę Congregationis extendit, & ampliauit.

SCHOLIVM.

SV prædictum priuilegium breuiſſimè annotatum eſt in prima parte noſtri Compendij priuilegiorum, in principio. §.3. *Hic vero per extenſum, & eiſdem verbis. Vide in prima parte noſtri Compendij in principio.* §.4. *&* 5. *Priuilegia Gregorij XIV.*

§.4. OMnia priuilegia *etiam ſpeciali nota digna* quibuſuis Ordinibus Fratrum, & Sororum Mendicãtium, illo-

illorumquè Congregationibus, & Conuentibus, & Eccleſijs, & alijs pijs locis conceſſa, noſtrę Congregationi, ac perſonis, domibus, & Eccleſijs conceduntur ęquè principaliter. Pius V. Societati Ieſu, vt in eorum priuilegijs. pagina 114. & ſeq. & in eorum Compendio, Tit. Communicatio gratiarum. §. 2.

SCHOLIVM.

Notabilia in materia de Priuilegijs.

PRimo Notandum eſt, quod participantes priuilegia aliarum Religionum, vel aliorum æquè principaliter, ac ſi ipſis ſpecialiter cōceſſa fuiſſent: poſſunt illis vti, etiamſi illi, quibus conceſſa fuerunt, perderent illa, ſeu non vterentur. Corduba in ſuis Annotationibus ad Compendium Priuilegiorum Minorum in Tit. Communicatio Priuilegiorum.

De participatione priuilegiorum ad inſtar, ſit mentio infra Notab. 13.

Secundo Notandum eſt, quod priuilegium conceſſum Religioni, ad hoc vt amittatur per non vſum, requiritur vt legitimo tempore præſcribatur, nempè ſpatio quadraginta annorum. c. Accedentibus de Priuilegijs, Sylueſter in verbo Simonia num. 19. verſic. Credo tamen, &c. Oportet etiam habere ſcientiam priuilegij, & voluntatem non vtendi illo, vt patet in c. ſi de terra de priuilegijs, in verſic. Detrahere voluiſti.

Nota etiam, quod ſi vnus vtitur, alter vero non, priuilegio multis conceſſo, non præiudicat non vtens vtenti. Ita docent Corduba in ſuis Annotationibus ad Compendium Priuilegiorum Minorum in Tit. Abſolutio quo ad fratres 1. §. 19. Emmanuel Rodericus in ſuis quæſtionibus Regularibus tom. 1. quæſt. 8. art. 4. Et Io: Baptiſta Confectus in Summario Priuilegiorum Mendicantium Tit. 3. cap. 3. fol. mihi 340.

Vi-

Digitized by Google

Vide in prima parte noſtri Compendij Priuilegiorum in Tit. Priuilegia, in Scholio poſt. §. 11.

Tertio Notandum eſt, quod Hieronymus Sorbus Capuccinus in ſuis Annotationibus ad Compendium Priuilegiorum Minorum. Tit. Priuilegia Fratrum, Io: Baptiſta Confectus in Summario Priuilegiorum Mendicantium. Tit. 3. cap. 4. fol. mihi. 342. & Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſtionibus Regularibus tom. 1. q. 8. art. 8. dicũt, clauſulam illam, quæ nunc apponi ſolet in confirmatione Priuilegiorum, nempè dummodo ſint in vſu, & Sacris Canonibus, & Decretis Concilij Trid. non aduerſentur, non eſſe intelligendam (vt quidam opinari videntur) de Sacris Canonibus Summorum Pontificum in Decretis, & Decretalibus contentis, ſed de Sacris Canonibus, & Decretis Concilij Trid. cum clarè pateat, Concilium ipſum, & Canonibus, et Decretis conſtare; Et illud operatur illam copulam (et) coniungendo Canones cum Decretis Concilij Trid. ideſt quæ ſunt in

eodem Concilio Tridentino; Quia ſi de Canonibus Summorum Pontificum intelligeret, diceret, Dummodo ſint in vſu, et Sacris Canonibus Summorum Pontificum, et Decretis Concilij Tridentini non aduerſentur.

Canones vero Concilij Trid. et aliorum Conciliorum dicuntur illa capita, quæ communiter ſic incipiunt, ſi quis dixerit, vel fecerit tale, vel non fecerit, etc. Et finiunt in verba Anathema ſit; Quæ Conſtitutiones, vel Canones regulæ ſunt de rebus ad fidem concernentibus tractantes; ita docet Viualdus in ſuo Candelabro parte 4. cap. 8. de lege Canonica num. 15.

De veritate opinionis ſupradictorum Doctorum relinquo iudicium Romano Pontifici. Nam eius eſt interpretari cuius eſt condere. c. inter alios de ſent. excommunicationis. l. ſi imperialis. C. de legibus, Hoſt. in ſumma Tit. de P iuilegijs, Azorius in tom. 1. Inſtit. Moral. lib. 5. cap. 23. q. 1. & docet Syl. in verbo Priuilegium. §. 3. in principio, Bartholomæus

Fu-

Fumus in ſua ſumma, Armilla in eod. verbo numro 4.

Interim aduertat lector, ex doctrina ſupradictorum Doctorum non ſequi, quod à Summo Pontifice dari vnquam poſsit priuilegium, quod catholicæ præiudicet fidei: ſed tantùm demonſtrare per illam ij intendunt, quid non intendat facere Summus Pontifex, nempè nolle confirmare priuilegium vllum quod aduerſetur Concilio Tridentino.

Quarto notandum eſt, quod clauſula quæ poni ſolet in confirmatione priuilegiorum (de nouo concedimus) ſi Papa per illam nil noui concedit, operatur, quod ſi priuilegia nõ ſunt in vſu ſpacio viginti, vel triginta annorum, incipiunt de nouo, ac ſi in ipſo inſtanti innouationis eſſent de nouo conceſſa. Et ſic vt præſcriptione. 40. vel 60. annorum tollerentur, eſſet neceſſarium vt hoc temporis ſpacium curreret ab inſtanti innouationis. Ita Emmanuel Rodericus in ſuis quæſtionibus regularibus tom. 2. q. 8. art. 2. col. vltima.

Digitized by Google

Quinto, notandum eſt, quod quandocunque aliqua priuilegia de nouo conceduntur cũ hac clauſula (non obſtantibus reuocationibus Apoſtolicis) intelliguntur viuificata, et de nouo conceſſa, etiam illa quæ fuerunt reuocata; Nam alias nihil operarentur prædicta verba; cum tamen verba in literis Apoſtolicis poſita debeant aliquid operari, vt docet Emmanuel Rodericus in ſuis quæſtionibus Regularibus tom. 1. queſt. 8. artic. 2. col. 4. et Corduba in ſuis Annotationibus ad Compend. Minorum. Tit. Priuilegia Fratrum. §. 15. et ibidem collector.

Sexto, notandum eſt, quod dubium eſt inter Doctores, an per clauſulam generalem, Non obſtantibus, etc. quæ in fine priuilegij apponi ſolet, derogetur Iuri communi, cui priuilegium fuerit cõtrarium, vel neceſſe ſit, vt fiat expreſſa derogatio illius iuris; ſed pro reſolutione huius difficultatis Suarez in ſuo Tract. de legibus lib. 8. cap. 4. per totum ponit tres concluſiones, quarum prima eſt, ſi priuilegium poteſt effectum, vel vtilitatem ha-

habere ſine derogatione Iuris communis, non habet vim ad dorogandum illi, niſi hanc extenſionem expreſſè, ac formaliter contineat. hanc concluſionem ponit, et probat, num. 4.

Secunda concluſio, quando priuilegium eſſet inutile, non derogando in re aliqua iuri communi ſimpliciter diſponenti, validum eſſe priuilegium dicit in hoc caſu, et illud derogare iuri communi, etiamſi illius mentionem non faciat, neque in ſpecie, neque generatim, vt dicendo, non obſtante quacunque lege, vel quid ſimile. ponit hanc concluſionem, et probat num. 5.

Tertia concluſio eſt, ſi ius commune ſit qualificatum per ſpecialem clauſulam reſiſtentem priuilegijs, ſeu derogantem, et reuocantem illa, neceſſe eſt vt in forma priuilegij fiat mentio talis iuris, vel in ſpecie, vel ſub clauſula generali ſufficiente ad derogandum illi iuri ſic fortificato, alias priuilegium non valebit contra illud ius etiamſi reddatur fruſtraneum, et inualidum. Hanc concluſio-

nem ponit, et probat, numero ſexto.

Septimo, notandum eſt, quod per clauſulam generalem, Non obſtantibus, etc. Nunquam intelligitur derogatum Concilij Generalis Conſtitutionibus, quia pro facienda derogatione eorũ oportet quod de illis fiat mentio ſpecialis ita Baldus in l. Humanun, C. de legibus, Archidiac. in c. 1. de Conſt. in 6. Emmanuel Rodericus in queſt. Regularibus tom. 1. q. 8. art. 10. Et Sanchez qui multes Doctores congerit in tomo 1. de Matrimonio li. 3. diſp. 26. nu. 6. et 7.

Octauo, notandum eſt, quod clauſula illa apponi ſolita in priuilegijs, ſcilicet, quod non cenſeantur reuocata, niſi de eis fiat mentio de verbo ad verbum, cenſetur reuocata per aliam clauſulam apponi etiam ſolitam; nempè: Quibus omnibus, et ſingulis etiamſi de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, et de verbo ad verbum mentio habenda foret, eorum omnium, et ſingulorum tenorem, præſentium pro plenè, & ſufficien-

ter

ter expreſſis, & adverbum inſertis habentes, illis ſpecialiter, & expreſſè derogamus, &c. ita docet Felinus in c. Nonnulli de Reſcriptis, & Emmanuel Rodericus in ſuis queſt. Regularibus, tom. 1. q.9. art.6. et ſic habet ſtylus Curiæ Romanæ.

Nono, notandum eſt, quod confirmatio priuilegiorum poteſt eſſe duplex, Vna ex certa ſcientia, et Altera in forma communi. Confirmatio ex certa ſcientia multa operatur; Primum eſt, quod talis res ſit firmioris auctoritatis, ad quod ſignificandum in dicta confirmatione hæc verba ſolent apponi, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, et approbamus, illisq́; perpetuæ, et inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adÿcimus: ac omnes, et ſingulos tam Iuris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus.

Secundum eſt, quod habet vim reſtituendi etiam priuilegia amiſſa per non vſum, vel per contrarium vſum; ad quem effectum poni

ni ſolent hæc verba: eaq́; omnia, et ſingula innouamus, et de nouo concedimus. ita Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſtionibus Regularibus, tom. 1. q. 8. art. 2. col. vltima.

Tertium quod operatur eſt, quod habet vim reſtituendi priuilegia reuocata; Pro quo deſignando poni ſolet clauſula illa derogatoria: Non obſtantibus Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis, ac Decretis per quoſcunque Romanos Pontifices, etc. Quibus omnibus, et ſingulis ſpecialiter, et expreſsè derogamus. Ita Suarez de Legibus, lib. 8. cap. 19. num. 4. in fine, Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſtionibus Regularibus tom. 1. q. 8. art. 2. col. 4. et Corduba in ſuis Annotationibus ad Compend. Minorum, Tit. Priuilegia Fratrum, §. 15. et ibidem etiam Collector.

Quartum eſt, quod hæc confirmatio æquiualet nouæ conceſſioni, vt colligitur ex c. 1. et ibi Innoc. et c. veniens de Tranſactionibus, c. 2. extra de Pactis, et docet Card. Tuſch. in

ver-

verbo confirmatio ex certa ſcientia per totũ, Suarez, et alij quos allegat in ſuo Tract. de legibus lib. 8. cap. 18. num. 12. pro quo exprimendo apponi ſolent illa verba, Omnia, et ſingula priuilegia quorum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus (quæ verba æquiualent certæ ſcientiæ vt colligitur ex conſil. 2. Antonij de Butrio, nu. 4. et Suarez de Legibus, lib. 8. cap. 18. num. 5.) Apoſtolica auctoritate innouamus, et de nouo concedimus.

Præterea eſt aduertendum, quod licet in confirmatione Priuilegiorum expreſſè non dicatur ex certa ſcientia, tamen ſi ex narratis in dicta confirmatione clarè colligi poteſt, vtrum ſit ex certa ſcientia, habet eandem vim, licet non extendatur vltra id quod ex narratis colligi poteſt; Ita docet Suarez in lib. 8. de Legibus, cap. 19. num. 4.

Confirmatio vero in forma communi parum aut nihil operatur; Nec creat aliquod Ius nouum; Et tunc conſtat eſſe in forma communi, quando in ea nullum ſignum ſuf-

ficiens

Digitized by Google

ſiciens additur, ex quo conſtet confirmationem præceßiſſe habita plena notitia prioris priuilegij. Ita Suarez in ſuo Tract. de Legibus, lib. 8. cap. 18. num. 7. et 8. et Emmanuel Rodericus in ſuis quæſt. Regularibus, tom. 1. q. 8. art. 3.

De confirmatione Priuilegiorum in forma communi, vel ex certa ſcientia, vide latè per Suarez in ſuo Tract. de Legibus, lib. 8. cap. 18. et 19.

Decimo, notandum eſt, quod clauſula de plenitudine poteſtatis operatur idem, quod clauſula ex certa ſcientia, de qua dixi in præcedenti notando. Ita docet Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſt. Regularibus, tomo 1. q. 8. art. 3. col. 3.

Vndecimo, notandum eſt, quod [illegible] Regular[illegible]ori ſu[illegible] ta eti[illegible]con[illegible] n[illegible]can[illegible] [illegible]riuilegior[illegible]rio [illegible].

XIII. & Sixto V. quas refert Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſt. Regularibus, tom. 1.q.8.art.10.

Duodecimo, notandum eſt, quod vbi ſunt duo priuilegia non clauſa in corpore Iuris, licet ſint contraria, vnum (ideſt ſecundum) non tollit aliud; ſiue ambo ſint ſpecialia, ſiue generalia, immo attenditur primum, niſi de primo eſſet facta mentio in ſecundo, et ei eſſet derogatum; ita habetur in c. Veniens extra de Præſcriptionibus, vbi duo priuilegia contraria fuerunt conceſſa eidem Abbati à diuerſis Pontificibus, et quia in ſecundo non fiebat mẽtio de primo, nec erat ei derogatum, atten[illegible]rimum; ita quoque docet Panor. in c. [illegible]riptis, num. 15. in fine, verſic. Si [illegible]ng; [illegible]bi à nu. 14. latè tract[illegible]ter [illegible]ando duo priuilegia ſi[illegible]rata[illegible]s ſuper eadem cau[illegible]po[illegible]mmanuel Rodericus [illegible]eſt. [illegible]us, tom. 1.q.9.art. [illegible]am [illegible]teria Azorium in to-[illegible]ſt. [illegible]ide etiam de hac materia

Digitized by Google

teria Azorium in tomo 1. Inſtit. moral. lib. 5.cap.22.q.13.

Tertio decimo, notandum eſt, quod ſublatis priuilegÿs alicuius Monaſterÿ, aut Religionis, non cenſentur ſublata priuilegia ad inſtar. Ita docet Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſt. Regularibus. tom.1.q.9.art.9.

Quarto decimo, notandum eſt, quod priuilegia Regularibus conceſſa cum propter merita, & in communi concedantur, facta reuocatione generali priuilegiorum non cenſentur reuocata. Ita docet Mandoſius in Regula Cancellariæ. 13.q.8.nu.6. Burſatius.tom. 2.conſil.138.num.77. Henricus Salmantinus in Relect. de Priuilegÿs, In caſibus Bononiæ diſputatis caſu 3. Congregat. diei 27. Iunÿ 1582. et Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſt. Regularibus, to. 1.q.9.art.6.in fine.

Quinto decimo, notandum eſt, quod duplex eſt genus priuilegÿ, vnum quod priuatis conceditur, & eſt in odium Iuris.

Al-

Digitized by Google

Alterum quod à Principe conceditur in perpetuum in bonum alicuius Communitatis, aut Religionis, & hæc æquatur legi, ac ſi inſertum eſſet in corpore Iuris, & tanquàm fauor eſt latè interpretandum; vt docet Sanchez, tom. 3. de Matrimonio lib. 8. diſp. 1. nu. 13. Oldradus conſil. 300. D. Thom. in Opuſculo contra impugnantes religionem, cap. 4. col. penul. Iaſon. in l. fin. num. 19. & 20. ff. de Conſtit. & habetur in Comp. Priuilegiorum Minorum Tit. Priuilegium in fine.

Sexto decimo, notandum eſt, quod priuilegium Principis eſt contra ipſum latiſſimè interpretandum, quantum proprietas verborum patitur; ſed quatenus vergit in aliorum detrimentum eſt ſtrictè interpretandum. Ita Henriquez, lib. 7. cap. 30. nu. 3. Innoc. in c. Dilectus extra de Donat. Guid. Papa ſingul. 233.

Et ſimiliter eſt ſtrictè interpretandum, in quantum derogat Iuri communi. Ita Abbas in c. Olim, num. fin. de verb. ſignif. & San

chez

Digitized by Google

chez de Matrimonio, tomo 3. lib. 8. diſput. 1. num. 4. in fine.

Decimo ſeptimo, notandum eſt, quod priuilegium interdum nihil concedere videtur præter Ius commune; ſed confert interdum ad tollendos ſcrupulos inter varias Doctorũ opiniones; Et ne videatur inutile, & fruſtatorium conandum eſt ita interpretari, vt aliquid in caſu operetur præter Ius commune. Ita Rebuffus in praxi Tit. Priuilegia, num. 9. Summa Angelica Tit. Priuilegium, §. 3. Tabiena in Tit. Priuilegium. §. 3. Syl. eodem Tit. §. 4. Armilla eodem verbo. §. 5. Nauar. in Apologia de Reddit. Eccleſiaſt. q. 4. monit. 6. nu. 3. & Horatius Mandos. de Priuilegijs ad inſtar glo. 15. nu. 44.

Do exemplum, Præpoſiti noſtræ Congregationis cum ſuis ſubditis ægrotantibas, vel grauiter ægrotantibus poſſunt diſpenſare ſuper recitatione Diuini Officij: Dummodo ipſi infirmi certas orationes aſſignandas per dictum ſuperiorem recitent. Hoc priui-

legium

Digitized by Google

legium nihil concedere videtur, nam de Iure communi infirmi, & multo magis grauiter infirmi excuſantur à recitatione Horarum Canonicarum, vt docet Innoc. & Hoſt. in c. 1. de celebratione Miſſarum, Nauar. in Manuali. cap. 25. num. 100. Syl. in verbo Hora. §. 4. num. 5. tamen priuilegium operatur, vt ſi dubium eſſet an obeſſe poſſet recitatio horarum infirmo, vel non, in hoc caſu poſſet Prælatus diſpenſare abſque ſcrupulo, & infirmus eſſet ſecurus in conſcientia, dato quod cauſa excuſationis non eſſet ita ſufficiens.

Decimo octauo, notandum eſt, quod id quod Ius aut Priuilegium diſponit in vno ex correlatiuis, extenditur ad aliud correlatiuum, vbi non eſt diſpar ratio, vt quod concedit viro coniugato extenditur ad vxorem. Ita Henriquez lib. 7. cap. 30. num. 4. Sed de hac materia qui multa deſiderat, videat Barboſam in l. Quia tale. ff. ſoluto matrimonio à num. 22. & Baptiſtã de ſancto Blaſio in ſuo Tractatu de correlatiuis præſertim nu: 23.

& 35. & Suarez aliqua dicit in ſuo Tract. de Legibus lib. 8. cap. 11.

Decimo nono, notandum eſt, quod quamuis omnes Mendicantes virtute eiuſdem cõmunicationis ſint ex æquo, ac principaliter priuilegiati, nihilominus ſi contendant adinuicem fratres vnius ordinis, cum alijs alterius Ordinis, Priuilegijs eis conceſſis, & communicatis vti non poſſunt, iuxta Regulam Iuris communiter receptam, & approbatam, quod Priuilegiatus contra æquè Priuilegiatum, ac ſub eadem conſideratione non vtitur priuilegio; vt docet Io: Baptiſta Confectus in Summario Priuilegiorum Mendicantiũ. Tit. 3. cap. 5. fol. mihi 344. verſ. Demum quo ad huiuſmodi; ſecus vero ſi agatur de damno vitando, Deciſio Rom. Rotæ. 557. nu. 1. vol. 1.

Et quando duo ſunt priuilegiati eodem priuilegio, attendendum eſt in quo ſit maior ratio, vt in eadem deciſione num. 4.

Et ſimiliter attendendum eſt, ſi ſemota pri-

priuilegio Ius commnne vtrique eorum aſſiſtit, vt in eadem deciſione, num. 2.

Vide etiam aliam Deciſionem, quæ eſt tomo, 3. lib. 3. deciſ. 530. Tit. Ceſaraguſtanæ erectionis Cappellæ. 12. Maÿ. 1559. quam Collegium Societatis Ieſu cœperat ædificare.

Vigeſimo, notandum eſt, quod leges abrogantes priuilegia, aut facultates, non habent vim ſuam ſtatim vt latæ ſunt, ſed ſolummodo poſtquàm denuntiatæ, aut notæ fuerint ÿs, quibus erant priuilegia, & facultates conceſſæ; ita eſt communis Doctorum opinio, vt docet AZorius in ſua Inſtit. Morali, tomo 1. lib. 5. cap. 3. q. 6. & cap. 22. q. 7. Sed vide de hac materia Suarez in ſuo Tract. de Legibus cap. 40. vbi latè illam explicat.

Vigeſimo primo, notandnm eſt, quod ad ſubſtantiam, & rationem priuilegÿ, & facultatis à Romano Pontifice conceſſæ non eſt neceſſaria ſcriptura in foro conſcientiæ; c. ſi gratioſè de Reſcriptis in 6. & latè docet Sua-

Digitized by Google

nem ponit, et probat, numero ſexto.

Septimo, notandum eſt, quod per clauſulam generalem, Non obſtantibus, etc. Nunquam intelligitur derogatum Concilij Generalis Conſtitutionibus, quia pro facienda derogatione eorũ oportet quod de illis fiat mentio ſpecialis ita Baldus in l. Humanun, C. de legibus; Archidiac. in c. 1. de Conſt. in 6. Emmanuel Rodericus in quęſt. Regularibus tom. 1. q. 8. art. 10. Et Sanchez qui multes Doctores congerit in tomo 1. de Matrimonio li. 3. diſp. 26. nu. 6. et 7.

Octauo, notandum eſt, quod clauſula illa apponi ſolita in priuilegijs, ſcilicet, quod non cenſeantur reuocata, niſi de eis fiat mentio de verbo ad verbum, cenſetur reuocata per aliam clauſulam apponi etiam ſolitam; nempè: Quibus omnibus, et ſingulis etiamſi de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, et de verbo ad verbum mentio habenda foret, eorum omnium, et ſingulorum tenorem præſentium pro plenè, & ſufficienter

ter

ter expreſſis, & adverbum inſertis habentes, illis ſpecialiter, & expreſsè derogamus, &c. ita docet Felinus in c. Nonnulli de Reſcriptis, & Emmanuel Rodericus in ſuis queſt. Regularibus, tom. 1. q. 9. art. 6. et ſic habet ſtylus Curiæ Romanæ.

Nono, notandum eſt, quod confirmatio priuilegiorum poteſt eſſe duplex, Vna ex certa ſcientia, et Altera in forma communi. Confirmatio ex certa ſcientia multa operatur; Primum eſt, quod talis res ſit firmioris auctoritatis, ad quod ſignificandum in dicta confirmatione hæc verba ſolent apponi, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, et approbamus, illisq; perpetuæ, et inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus: ac omnes, et ſingulos tam Iuris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus.

Secundum eſt, quod habet vim reſtituendi etiam priuilegia amiſſa per non vſum, vel per contrarium vſum; ad quem effectum poni

ni ſolent hæc verba: eaq; omnia, et ſingula innouamus, et de nouo concedimus. ita Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſtionibus Regularibus, tom. 1. q. 8. art. 2. col. vltima.

Tertium quod operatur eſt, quod habet vim reſtituendi priuilegia reuocata; Pro quo deſignando poni ſolet clauſula illa derogatoria: Non obſtantibus Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis, ac Decretis per quoſcunque Romanos Pontifices, etc. Quibus omnibus, et ſingulis ſpecialiter, et expreſſè derogamus. Ita Suarez de Legibus, lib. 8. cap. 19. num. 4. in fine, Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſtionibus Regularibus tom. 1. q. 8. art. 2. col. 4. et Corduba in ſuis Annotationibus ad Compend. Minorum, Tit. Priuilegia Fratrum, §. 15. et ibidem etiam Collector.

Quartum eſt, quod hæc confirmatio æquiualet nouæ conceſſioni, vt colligitur ex c. 1. et ibi Innoc. et c. veniens de Tranſactionibus, c. 2. extra de Pactis, et docet Card. Tuſch. in

ver-

Digitized by Google

verbo confirmatio ex certa ſcientia per totũ, Suarez, et alij quos allegat in ſuo Tract. de legibus lib. 8. cap. 18. num. 12. pro quo exprimendo apponi ſolent illa verba, Omnia, et ſingula priuilegia quorum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus (quæ verba æquiualent certæ ſcientiæ vt colligitur ex conſil. 2. Antonij de Butrio, nu. 4. et Suarez de Legibus, lib. 8. cap. 18. num. 5.) Apoſtolica auctoritate innouamus, et de nouo concedimus.

Præterea eſt aduertendum, quod licet in confirmatione Priuilegiorum expreſſè non dicatur ex certa ſcientia, tamen ſi ex narratis in dicta confirmatione clarè colligi poteſt, vtrum ſit ex certa ſcientia, habet eandem vim, licet non extendatur vltra id quod ex narratis colligi poteſt; Ita docet Suarez in lib. 8. de Legibus, cap. 19. num. 4.

Confirmatio vero in forma communi parum aut nihil operatur; Nec creat aliquod Ius nouum; Et tunc conſtat eſſe in forma communi, quando in ea nullum ſignum ſufficiens

ſiciens additur, ex quo conſtet confirmationem præceßiſſe habita plena notitia prioris priuilegij. Ita Suarez in ſuo Tract. de Legibus, lib. 8. cap. 18. num. 7. et 8. et Emmanuel Rodericus in ſuis quæſt. Regularibus, tom. 1. q. 8. art. 3.

De confirmatione Priuilegiorum in forma communi, vel ex certa ſcientia, vide latè per Suarez in ſuo Tract. de Legibus, lib. 8. cap. 18. *et* 19.

Decimo, notandum eſt, quod clauſula de plenitudine poteſtatis operatur idem, quod clauſula ex certa ſcientia, de qua dixi in præcedenti notando. Ita docet Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſt. Regularibus, tomo 1. q. 8. art. 3. col. 3.

Vndecimo, notandum eſt, quod priuilegia Regularium in foro exteriori ſunt confirmata etiam ſi eſſent contra Concilium Lateranenſe, vt patet per Bullam Pauli IV. et confirmationes Priuilegiorum factas à Gregorio

XIII.

XIII. & Sixto V. quas refert Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſt. Regularibus, tom. 1. q. 8. art. 10.

Duodecimo, notandum eſt, quod vbi ſunt duo priuilegia non clauſa in corpore Iuris, licet ſint contraria, vnum (ideſt ſecundum) non tollit aliud; ſiue ambo ſint ſpecialia, ſiue generalia, immo attenditur primum, niſi de primo eſſet facta mentio in ſecundo, et ei eſſet derogatum; ita habetur in c. Veniens extra de Præſcriptionibus, vbi duo priuilegia contraria fuerunt conceſſa eidem Abbati à diuerſis Pontificibus, et quia in ſecundo non fiebat mētio de primo, nec erat ei derogatum, attenditur primum; ita quoque docet Panor. in c. 1. de Reſcriptis, num. 15. in fine, verſic. Si vero vtrumq́;, etc. (vbi à nu. 14. latè tractat hanc materiam, quando duo priuilegia ſunt impetrata à diuerſis ſuper eadem cauſa, quod erit potius) et Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſt. Regularibus, tom. 1. q. 9. art. 9. Vide etiam de hac materia Azorium in tomo 1. quæſt. 9. art. 9. Vide etiam de hac materia

teria

teria Azorium in tomo 1. Inſtit. moral. lib. 5. cap. 22. q. 13.

Tertio decimo, notandum eſt, quod ſublatis priuilegÿs alicuius Monaſterÿ, aut Religionis, non cenſentur ſublata priuilegia ad inſtar. Ita docet Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſt. Regularibus. tom. 1. q. 9. art. 9.

Quarto decimo, notandum eſt, quod priuilegia Regularibus conceſſa cum propter merita, & in communi concedantur, facta reuocatione generali priuilegiorum non cenſentur reuocata. Ita docet Mandoſius in Regula Cancellariæ. 13. q. 8. nu. 6. Burſatius. tom. 2. conſil. 138. num. 77. Henricus Salmantinus in Relect. de Priuilegÿs, In caſibus Bononiæ diſputatis caſu 3. Congregat. diei 27. Junÿ 1582. et Emmanuel Rodericus in ſuis Quæſt. Regularibus, to. 1. q. 9. art. 6. in fine.

Quinto decimo, notandum eſt, quod duplex eſt genus priuilegÿ, vnum quod priuatis conceditur, & eſt in odium Iuris.

Al-

Digitized by Google

Alterum quod à Principe conceditur in perpetuum in bonum alicuius Communitatis, aut Religionis, & hæc æquatur legi, ac ſi inſertum eſſet in corpore Iuris, & tanquàm fauor eſt latè interpretandum; vt docet Sanchez, tom. 3. de Matrimonio lib. 8. diſp. 1. nu. 13. Oldradus conſil. 300. D. Thom. in Opuſculo contra impugnantes religionem, cap. 4. col. penul. Iaſon. in l. fin. num. 19. & 20. ff. de Conſtit. & habetur in Comp. Priuilegiorum Minorum Tit. Priuilegium in fine.

Sexto decimo, notandum eſt, quod priuilegium Principis eſt contra ipſum latiſſimè interpretandum, quantum proprietas verborum patitur; ſed quatenus vergit in aliorum detrimentum eſt ſtrictè interpretandum. Ita Henriquez, lib. 7. cap. 30. nu. 3. Innoc. in c. Dilectus extra de Donat. Guid. Papa ſingul. 233.

Et ſimiliter eſt ſtrictè interpretandum, in quantum derogat Iuri communi. Ita Abbas in c. Olim, num. fin. de verb. ſignif. & San

chez

chez de Matrimonio, tomo 3. lib. 8. diſput. 1. num. 4. in fine.

Decimoſeptimo, notandum eſt, quod priuilegium interdum nihil concedere videtur præter Ius commune; ſed confert interdum ad tollendos ſcrupulos inter varias Doctorũ opiniones; Et ne videatur inutile, & fruſtatorium conandum eſt ita interpretari, vt aliquid in caſu operetur præter Ius commune. Ita Rebuffus in praxi Tit. Priuilegia, num. 9. Summa Angelica Tit. Priuilegium, §. 3. Tabiena in Tit. Priuilegium. §. 3. Syl. eodem Tit. §. 4. Armilla eodem verbo. §. 5. Nauar. in Apologia de Reddit. Eccleſiaſt. q. 4. monit. 6. nu. 3. & Horatius Mandos. de Priuilegijs ad inſtar glo. 15. nu. 44.

Do exemplum, Præpoſiti noſtræ Congregationis cum ſuis ſubditis ægrotantibus, vel grauiter ægrotantibus poſſunt diſpenſare ſuper recitatione Diuini Officij: Dummodo ipſi infirmi certas orationes aſſignandas per dictum ſuperiorem recitent. Hoc priui-

legium

Digitized by Google

legium nihil concedere videtur, nam de Iure communi infirmi, & multo magis grauiter infirmi excuſantur à recitatione Horarum Canonicarum, vt docet Innoc. & Hoſt. in c. 1. de celebratione Miſſarum, Nauar. in Manuali. cap. 25. num. 100. Syl. in verbo Hora. §. 4. num. 5. tamen priuilegium operatur, vt ſi dubium eſſet an obeſſe poſſet recitatio horarum infirmo, vel non, in hoc caſu poſſet Prælatus diſpenſare abſque ſcrupulo, & infirmus eſſet ſecurus in conſcientia, dato quod cauſa excuſationis non eſſet ita ſufficiens.

Decimo octauo, notandum eſt, quod id quod Ius aut Priuilegium diſponit in vno ex correlatiuis, extenditur ad aliud correlatiuum, vbi non eſt diſpar ratio; vt quod conceditur viro coniugato extenditur ad vxorem. Ita Henriquez lib. 7. cap. 30. num. 4. Sed de hac materia qui multa deſiderat, videat Barboſam in l. Quia tale. ff. ſoluto matrimonio à num. 22. & Baptiſtã de ſancto Blaſio in ſuo Tractatu de correlatiuis præſertim nu. 23. & 25.

Digitized by Google

& 35. & Suarez aliqua dicit in ſuo Tract. de Legibus lib. 8. cap. 11.

Decimo nono, notandum eſt, quod quamuis omnes Mendicantes virtute eiuſdem cōmunicationis ſint ex æquo, ac principaliter priuilegiati, nihilominus ſi contendant adinuicem fratres vnius ordinis, cum alijs alterius Ordinis, Priuilegijs eis conceſſis, & communicatis vti non poſſunt, iuxta Regulam Iuris communiter receptam, & approbatam, quod Priuilegiatus contra æquè Priuilegiatum, ac ſub eadem conſideratione non vtitur priuilegio; vt docet Io: Baptiſta Confectus in Summario Priuilegiorum Mendicantiũ. Tit. 3. cap. 5. fol. mihi 344. verſ. Demum quo ad huiuſmodi; ſecus vero ſi agatur de damno vitando, Deciſio Rom. Rotæ. 557. nu. 1. vol. 1.

Et quando duo ſunt priuilegiati eodem priuilegio, attendendum eſt in quo ſit maior ratio, vt in eadem deciſione num. 4.

Et ſimiliter attendendum eſt, ſi ſemota

pri-

priuilegio Ius commune vtrique eorum aſsiſtit, vt in eadem deciſione, num. 2.

Vide etiam aliam Deciſionem, quæ eſt tomo, 3. lib. 3. deciſ. 530. Tit. Ceſaraguſtanæ erectionis Cappellæ. 12. Maij. 1559. quam Collegium Societatis Ieſu cœperat ædificare.

Vigeſimo, notandum eſt, quod leges abrogantes priuilegia, aut facultates, non habent vim ſuam ſtatim vt latæ ſunt, ſed ſolummodo poſtquàm denuntiatæ, aut notæ fuerint ijs, quibus erant priuilegia, & facultates conceſſæ; ita eſt communis Doctorum opinio, vt docet Azorius in ſua Inſtit. Morali, tomo 1. lib. 5. cap. 3. q. 6. & cap. 22. q. 7. Sed vide de hac materia Suarez in ſuo Tract. de Legibus cap. 40. vbi latè illam explicat.

Vigeſimo primo, notandum eſt, quod ad ſubſtantiam, & rationem priuilegij, & facultatis à Romano Pontifice conceſſæ non eſt neceſſaria ſcriptura in foro conſcientiæ; c. ſi gratioſè de Reſcriptis in 6. & latè docet Sua-

Digitized by Google

vez in ſuo Tract. de Legibus lib. 8. cap. 2. nu. 2. licet in foro iudiciali robore careant per Regulam 26. Cancellariæ; ita docet Felinus, & alij, quos refert, et ſequitur Azorius tom. 1. Inſtit. Moralium lib. 5. cap. 2. q. 5. in principio; & verſic. Quarto ſciendum, & verſic. ex his omnibus, & cap. 23. q. 11.

Vigeſimo ſecundo, notandum eſt, quod lege generali Principis non tolluntur priuilegia, etiamſi huiuſmodi priuilegia non habeāt clauſulam derogantem. Ita docet Azorius lib. 5. Inſtit. Moralium, cap. 16. q. 7. tomi primi, & Syl. in verbo lex. q. 26. §. ſiue verſic. Tertio tollitur, &c.

Vigeſimo tertio, notandum eſt, quod Papa non videtur tollere priuilegium, ſi ſemel mandat aliquid contra illud; Nec obedientes videntur illi renuntiare; ita docet Panor. in cap. Pro illorum, num. 14. extra de Præbendis, & Dignitatibus.

Vigeſimo quarto, notandum eſt, quod Legatus à latere non poteſt venire contra priui-

Digitized by Google

legia conceſſa alicui Eccleſiæ; ita Panor. in c. Pro illorum, num. 15. extra de Præbendis, & Dignitatibus.

Duo alia notanda in materia de priuilegijs habentur in prima parte noſtri Compendij priuilegiorum, Primum habetur in principio poſt. §. 5. in Scholio, verſic. Præterea eſt notandum. Secundum, in Tit. Priuilegia poſt, §. 11. in Scholio.

Tit. Quarta Funeralium.

VIde ſupra. Tit. Concilium Trid. §. 4. cum Declaratione ſacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Cardinalium, & eius Scholio; & Tit. Exemptio. §. 3.

Tit. Reliquiæ.

§. 1. POſſunt noſtri mittere reliquias extra Vrbem pro conſecratione altarium, per conceſſionem

Digitized by Google

nem factam Minoribus, vt habetur in Monum. fol. 70. conceſſione. 174.

§. 2. PER facultatem Viuæ vocis oraculo conceſſam à Pio V. Societati Ieſu, nobis conceſſum eſt, vt quas Reliquias ab amicis habere poſſumus, abſolutè extra Vrbem fas ſit mittere. Ita habetur in Compeadio Priuilegiorum Societatis Ieſu, Tit. Reliquiæ. §. 1.

SCHOLIVM.

VIde Emmanuelem Rodericum in ſuis Queſt. Regularibus, tom. 3. q. 55. & Azorium, tom. 1. Inſtit. Moralium lib. 9. c. 8.

Tit. Sepultura.

§. 1. OMnes tam Laici, quàm Clerici, tam Mares, quàm Fęminę ſepeliri poſſunt in noſtris Eccleſijs, & Cęmeterijs vbilibet cōſtitutis cum conſenſu Patrum noſtrarum

Ec-

Digitized by Google

Eccleſiarum; Nec vllus impedire valet quominus eos recipere poſſint, qui ſepeliri elegerint in Eccleſijs, & Cæmeterijs ſupradictis. Bonifacius, & Clemens IV. Ordini Minorum, & Prædicatorum, vt patet in Clementina Dudum de ſepulturis. §. Huiuſmodi quoque, & habetur in Compendio Priuilegiorum Minorum, Tit. Sepelitio, & ſepultura. §. 1. 3. 4. & 8.

§. 2. SI aliquis ſepulturam ſibi elegerit, vel habere debuerit in aliqua ex noſtris Eccleſijs, vel in aliquo ex noſtris Cæmeterijs: & præmonito, & requiſito Parocho, vt illum aſſociet in noſtra Eccleſia, recuſauerit id facere: In hoc caſu poſſunt noſtri perſonaliter, & proceſſionaliter accedere ad dictam parochiam, cum cruce, thuribulo, luminarijs, aqua benedicta, & alijs cæremonijs conſuetis, & funera huiuſmodi decedentium ad noſtras Eccleſias portare, & inibi ſepeliri facere; Bonifacius IV. Ordini Minorum, vt patet ex eorum Compendio Priuilegiorum

Digitized by Google

Nec noſtri, nec conſanguinei defunctorum poſſunt cogi (etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis) ad deferendũ prius huiuſmodi corpora ad parochiales Eccleſias, aut alia loca, & inibi aliqua Diuina officia pro eiſdem defunctis celebrare, vel celebrari facere, ante vel poſt ſepulturam. Sixtus IV. Ordini Minorum, vt patet in Compendio, & Tit. ſupradicto, §. 10.

SCHOLIVM.

Licet noſtri extra noſtras Eccleſias proceſsionaliter ire non ſoleant ad aſſociãdum corpora defunctorum, tamen poſitum eſt ſupradictum priuilegium ad demonſtrandum quid facere poſſunt, quando Parochi requiſiti, aſsociare recuſant ad noſtras Eccleſias, ſupradicta corpora defunctorum. Non tamen id facere debent, niſi quando caſus occurreret vt aliqua Illuſtris perſona eſſet tu-

mu-

mulanda, & nullus religioſus vellet eam aſſociare ad noſtras Eccleſias, & recurſus ad P. Generalem pro tempore haberi non poſſet.

§. 3. NVllis Religioſis, vel Clericis ſæcularibus licet, noſtris inuitis, Miſſarum ſolemnia, vel exequias pro animabus eorum, qui ad noſtras Eccleſias afferuntur, celebrare. Clemens IV. Ordini Minorum, vt patet in eorũ Compendio Priuilegiorum, Tit. Sepelitio, & Sepultura. §. 4.

SCHOLIVM.

VIde ſupra Tit. celebratio Diuinorum. §. 1.

Cum quæſtio verteretur coram Illuſtriſſimis, ac Reuerendiſſimis Cardinalibus Congregationis ſuper interpretatione Concilij Trid. de ſupradictis in §. 3. fuit hoc modo deciſum.

Quo-

Digitized by Google

Quoties cadauera ad Eccleſias Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum, ac reliqua munera quæ in huiuſmodi Monaſterijs adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed ab eiſdem Fratribus obiri, ac peragi debent.

In Congregatione etiam Illuſtriſsimorum Cardinalium ſacrorum Rituum, cum eadem quæſtio verteretur, fuit ſimiliter deciſum in modum qui ſequitur.

Congregatio cenſuit non licere Capitulo, & Clero Licienſi, quoties prætextu etiam aſſociandi ad ſepulturam defunctorum cadauera in Eccleſia ſanctæ Irenes Clericorũ Regularium Miſſam, aut alia Diuina officia ipſis Regularibus inuitis celebrare, aut pſallere, ſed aſſociato funere ad Eccleſiæ portam, debere Parochum, vel illum ex Capitulo, & Clero, pœnes quem animarum curæ exercitium extitit, ad populum conuerti, eiq; abſolutione impertita recedere, relicto cadauere in Eccleſia dictorum Clericorum Regula-

rium,

Digitized by Google

rium, ad quos dumtaxat peragendi officij cura ſpectabit.

Cenſuit inſuper cadauera in cathedrali Eccleſia occaſione præmiſſorum depoſitata, vna cum omni, & toto eo, quod ad dictum Capitulum, & Clerum, ſeu Epiſcopi Economum ratione funeralium habere contigerit, exceptis dumtaxat iuribus Parochialibus, prædictis Clericis Regularibus reſtituenda; Et per prædictos Capitulum, & Clerum ad dictam Eccleſiam ſanctæ Irenes gratis, & abſque vlla, etiam minima impenſa hæredū defunctorum, ſeu dictorum Clericorum Regularium tranſportanda, & aſſocianda eſſe; Cum enim conſueta præſtatio ſemel ſoluta fuerit, æquum non videtur vt pro eodem opere duplicata ſtipendia perſoluantur; Nec non pecunias à Clericis Regularibus Capitulo, & Clero ſupradictis alias perſolutas, vt ab interesſſentia Diuinorum officiorum in Eccleſia prædicta celebrandorum abſtinerent, integrè reſtituantur. Ac Illuſt. & R.P.D. Auditori Cameræ præmiſſorum exequutionem, &

& obſeruantiam iniungendam eſſe.

Alphonſus Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Geſualdus Bonaſtella Secretarius.

In alia vero cauſa Bitontina idem fuit Decretum modo quo ſequitur.

Pro Clericis Regularibus ſancti Syluestri in Ciuitate Bitontina commorantibus, quo ad Funera, & Sepulturas; Congregatio ſacrorum Rituum decreuit in omnibus ſeruandum eſſe Decretum in ſimili cauſa ab ipſa Congregatione alias factum pro eiſdem Clericis contra Epiſcopum, & Capitulum Eccleſiæ Licienſis; Et propterea non licere Clero Eccleſiæ Bitontinæ, inuitis prædictis Clericis, in eorum Eccleſia Miſſas, ſeu officium defunctorum celebrare, ſeu cantare: ſed aſſociato funere ad eorum Eccleſiam redire debere, iuxta formam dicti Decreti Licienſis. Die 10. Iunij Anni 1602. Alph. Cardinalis Cōmiſſarius. Io: Battiſta Mucantius pro Secretario.

De

De quarta funerali vide ſupra, Tit. Quarta Funeralium.

§. 4. PRælati noſtræ Congregationis in noſtris Eccleſijs, Cappellis, & Cæmeterijs, exhumare poſſunt corpora defunctorum, & ad alias ſepulturas in eiſdem Eccleſijs, & Cæmeterijs ſuis trãſferre; De conſenſu tamen illorum quorum intereſt. Leo X. Ordini Minorum, vt patet ex eorum Compendio Priuilegiorum, Tit. Sepelitio, & ſepultura, §. 20.

Tit. Viſitatores.

§. 1. VIſitatores noſtrę Congregationis poſſunt in ſingulis domibus noſtræ Cõgregationis, abſoluta viſitatione, concedere noſtris benedictionem, & indulgentiam plenariam; & hoc in perpetuum Viuæ vocis oraculo conceſſit Gregorius XIII. Societati Ieſu, vt in eius Viuæ vocis oraculis, pagina 126. in fine, & in eius Compen-

pendio Priuilegiorum, Tit. Viſitatores. Et Leo. X. Prouincialibus Minorum, vt habetur in eorum ſupplem. folio 39. conceſſ. 285. & refertur in eodem Compendio Priuilegiorum Societatis Ieſu. Tit. Indulgentiæ. §. 10. & in Compendio Minorum. Tit. Indulgentię plenariæ quo ad fratres. §. 16.

SCHOLIVM.

SVpradicta facultas non videtur reuocata per Bullam reuocatoriam indulgentiarum Regularibus factam per Paulum V. Die 23. Menſis Maij anni 1606. Et ratio eſt, quia eſt diuerſa ab Indulgentijs: Nam facultas concedendi Indulgentias non eſt indulgentia; Et ex diuerſis non fit illatio: c. Ad audientiam de Decimis, l. Papinianus exuli. ff. de Minoribus.

Vide ſupra Tit. Prælati. §. 3.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Paulus PP. V.

Ad perpetuam rei memoriam.

In Apostolicę sedis specula meritis licet imparibus a Domino constituti ad ea præcipue providenda mentis aciem intendimus, perque Religiosi viri in perseverantia laudabilium operum ferventius incitentur. Hinc est quod cum dilecti filij Præpositus Generalis et Clerici Regulares Congregationis Theatinorum, iam inde a primordio suę Congregationis huiusmodi per fel. rec. Paulum Papam Quartum prędecessorem nostrum dum in minoribus constitutus esset aliosque insigni probitate viros eius socios laudabiliter institutę bonis institutis assidue inhęrentes, spem suam omnem in Deo collocarint, et fallacis seculi calcatis delicijs, sibi alijsque verbo atque exemplo cęli viam patefacere numquam cessent. Nos pro pastoralis officij debito libenter illos paterna charitate amplectimur, et ea ipsis specialiter concedimus, quę eorum instituto ac profectui conspicimus in Domino profutura.

Digitized by Google

Sane Prępositi Generalis et Clericorum
prędictorum nomine nobis nuper expo=
situm fuit, quod ipsi, eorumq. Congre=
gatio diversis privilegijs gratijs et in=
dultis sibi a diversis Romanis Pon=
tificibus similiter prędecessoribus nos=
tris concessis gaudeant, quę pro maiori
eorum validitate et subsistentia Apos=
tolicę nostrę confirmationis robore com=
muniri plurimum desiderant. Nobis
propterea humiliter supplicari fece=
runt ut sibi in pręmissis opportune pro=
videre de benignitate Apostolica digna=
remur. Nos igitur Congregationem pre=
dictam ex qua uberrimi in Ecclesia
Catholica ad Dei Omnipotentis laudem
et gloriam, ac Reipublicę Christianę
spirituale commodum et utilitatem
hactenus profluxerunt, et in dies pro=
fluunt fructus, specialis gratię favore
prosequi volentes, et illius singulares
personas a quibus vis excomunicationis
suspensionis et interdicti, alijsq. eccle=
siasticis sententijs censuris et pœnis
a iure vel ab homine quavis occasi=
one vel causa latis si quibus quomo=
dolibet

Digitized by Google

dolibet innodatę existunt ad effectum
presentium dumtaxat consequen. harum
serie absoluentes et absolutos fore censen=
tes huiusmodi supplicationibus incli=
nati Omnia et singula privilegia,
facultates exemptiones, immunitates,
gratias, et indulta principaliter vel
per communicationem alias quomodolibet
Congregationi et Clericis predictis per quos=
cunq Romanos Pontifices et predecessores
nostros, ac Sedem Apostolicam concessa
quorum tenores presentibus pro expressis
haberi volumus Apostolica auctoritate
tenore presentium perpetuo confirmamus
et approbamus illisq perpetuę et invi=
olabilis apostolicę firmitatis robur adij=
cimus, eaq omnia et singula innovamus,
et de novo concedimus, ac omnes et sin=
gulos tam iuris quam facti defectus
si qui desuper quomodolibet intervene=
rint supplemus. Quo circa universis
et singulis Venerabilibus fratribus
Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis,
ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus,
et alijs personis in dignitate Ecclesias=
tica constitutis per presentes commit=
timus et mandamus, quatenus ipsi

Digitized by Google

uel duo aut unus eorum per se uel ali=
um, seu alios easdem presentes Litteras
et in eis contenta quecumque ubi et quan=
do opus fuerit et quoties pro parte
Prepositi Generalis aliorumque superiorum
dicte Congregationis pro tempore exis=
tentium fuerint requisiti solemniter
publicantes, eisque in premissis efficacis
defensionis presidio assistentes faciant
auctoritate nostra Litteras nostras hu=
iusmodi ab omnibus ad quos spectat
inuiolabiliter obseruari. Non permit=
tentes eos desuper a quoquam quomo=
dolibet indebite molestari contra=
dictores quoslibet et rebelles per sen=
tentias, censuras et penas ecclesias=
ticas aliaque opportuna iuris et facti
remedia appellatione postposita com=
pescendo, inuocato etiam ad hoc si
opus fuerit auxilio brachij secularis.
Non obstan. fel. rec. Bonifacij Pape VIII
predecessoris nostri de una, et in Concilio
generali edita de duabus dietis dum=
modo ultra tres dietas aliquis aucto=
ritate presentium ad iudicium non tra
hatur, alijsque constitutionibus et ordi=
nationibus

nationibus Apostolicis ac decretis per
quoscumq Romanos Pontifices similiter prae-
decessores nostros etiam viuae vocis oracu-
lo aut alias quomodolibet editis nec
non aliorum ordinum, etiam iuramento
confirmatione Apostolica, vel quavis
firmitate alia roboratis statutis et
consuetudinibus, priuilegijs quoq in-
dultis et litteris Apostolicis quibuscumq
personis sub quibusuis verborum formis
et tenoribus ac cum quibusuis etiam
derogatoriarum derogatorijs alijsq effi-
cacioribus et insolitis clausulis ac
irritantibus et alijs decretis in contra-
rium premissorum quomodolibet conces-
sis confirmatis et innouatis. Quibus
omnibus et singulis etiam si de illis
eorumq totis tenoribus specialis, spe-
cifica expressa ac de verbo ad verbum
mentio habenda foret, eorum omnium
et singulorum tenore presentib. pro ple-
ne et sufficienter expressis et ad ver-
bum insertis habentes illis alias in
suo robore permansuri, hac vice dum-
taxat specialiter et expresse deroga-
mus, ceterisq contrarijs quibuscumq.

Digitized by Google

Volumus autem ut presentium transum=
ptis etiam impressis manu Secretarij
dicte Congregationis, uel Notarij publici
et sigillo Prepositi Generalis eiusdem
Congregationis aut persone in dignitate
Ecclesiastica constitute munitis, eadem
prorsus fides in iudicio et extra illud
adhibeatur, que presentibus adhiberetur
si forent exhibite uel ostense.
Datum Rome apud Sctum Marcum
Sub annulo Piscatoris die iiij Aprilis
M.D.C.Xij Pontus nri Anno Septimo.

S. Cobellutius

Extracta est presens copia a suo originali,
ut iacet, et facta collatione de verbo
ad verbum concordat, melior semper salua,
In quorum fidem me subscripsi, et P. Gnalis
sigillo signaui. Datum Rome apud
S. Bluaschum Montis Quirinalis Die 17 7bris
Ego D. Jo. Bapta de Aprilis Relig.s 1615
Clericorum Regular. scripsi.

Digitized by Google

BENEDICTUS PP. XV.

AD PERPETUAM REI ME-
MORIAM.

In Apostolicę sedis specula meritis licet imparibus a Domino constituti ad ea pręcipue providenda mentis aciem intendimus per quę Religiosi Viri in perseverantia laudabilium operum ferventius incitentur. Hinc est quod cum dilecti filij Prępositus Generalis et Clerici Regulares Congregationis Teatinorum, iam inde a primordijs suę congregationis huiusmodi per fel: rec: Paulum Papam Quartum prędeces-

sorem.

ſorem noſtrum Dum in minoribus con-
ſtitutus esset, aliosq insigni probitate
uiros eius socios laudabiliter instituꝫ
bonis institutis assidue inhęren=
tes spem suam omnem in Deo colloca-
uerint, et fallacis sęculi caducis de-
licijs, sibi alijsq uerbo atq exemplo
cęli uiam patefacere nunquam cessent.
Hos pro pastoralis officij debito liben-
ter illos paterna charitate amplecti-
mur, et ea ipsis specialiter concedim-
us, quę eoꝫ instituto, ac profectui con-
spicimus in Domino profutura.
Motu itaq proprio, et ex certa scien-
tia nostra, deq Aplicę potestatis

ple:

plenitudine. Omnia, et singula pri-
vilegia, facultates, exemptiones, immu-
nitates, gratias, et indulta principa-
liter, vel per comũnicationem alias quo-
modolibet Congregationi, et Clericis pre-
dictis per quoscumq Romanos Pontifices
predecessores nostros, ac Sedem Aplicã
concessa, quorum teñ presentibus pro ex-
pressis haberi volumus Aplica auctori-
tate tenore presentium perpetuo appro-
bamus, et confirmamus, illisq perpetuę,
et inviolabilis Aplicę firmitatis robur
adijcimus eaq oĩa, et singula innovamus
ac de novo etiam concedimus. Quo cir-
ca universis, et singulis Venerabilib̃

Fratribus

Digitized by Google

fratribus Patriarchis Archiepis, Epis,
ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus
et alijs personis in dignitate Ecclesia=
stica constitutis per presentes com=
mittimus, et mandamus, quatenus ipsi,
vel duo aut unus eorum per se, vel alium,
seu alios easdem presentes litteras,
et in eis contenta quecunq ubi, et qn
opus fuerit, ac quoties pro parte Pre=
positi Generalis aliorumq Superiorum
dicteq Congregationis pro tempore exi=
stentium, fuerint requisiti solemniter
publicantes eisq in premissis efficacis
defensionis presidio assistentes faciant
auctoritate nra litteras nras huius=

modi

Digitized by Google

modi ab omnibus ad quos spectat, et pro
tempore spectabit inuiolabiliter obserua=
ri, non permittentes eos desuper à quoq.
quomodolibet indebite molestari. Con=
tradictores quoslibet, et rebelles per
sententias, censuras, et penas ecclesia=
sticas, aliaq. opportuna iuris, et facti
remedia appellatione postposita com=
pescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus
fuerit, auxilio brachij secularis. Non
obstan. fel. record. Bonifacij Papae Octaui
predecessoris nri de una, et in Concilio
Gñli edita de duabus dietis, dummodo
ultra tres dietas aliquis auctoritate
presentium ad iudicium non trahatur,

alijsq.

Digitized by Google

aliisq constitutionibus, et ordinationib.
Aplicis, ac decretis per quoscumq Roma:
nos Pontifices similiter praedecessores no:
stros etiam uiuae uocis oraculo, aut alias
quomodolibet hactenus editis, necnon ali:
orum Ordinum etiam iuramento, confir:
matione Aplica, uel quauis firmitate
alia roboratis statutis, et consuetudi:
nibus, priuilegiis quoque indultis, et lit:
teris Aplicis quibuscumq personis sub
quibusuis uerbor formis, et tenoribus,
ac cum quibusuis etiam derogatoriar
derogatoriis, aliisq efficacioribus, et in:
solitis clausulis, ac irritantibus, et aliis
decretis in contrarium praemissorum

quomo:

Digitized by Google

quomodolibet concessis, confirmatis, et
innovatis. Quibus omnibus, et singulis,
etiam si de illis eorumq. totis tenoribus specia:
lis, specifica, expressa, ac de verbo ad
verbum mentio habenda foret, eorum om:
nium, et singulorum, tenores presentibus
pro plene, et sufficienter expressis, et ad
verbum insertis habentes, illis alias in suo
robore permansuris, hac vice dumtaxat
specialiter, et expresse derogamus, ceterisq.
contrarijs quibuscunq. Volumus autem ut
presentium transumptis, etiam impressis
manu secretarij dictę congregat.is vel
Notarij publici subscriptis, et sigillo Pre=
positi Generalis eiusdem Congregationis,
aut personę

Digitized by Google

aut personę in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud habibeatur quę illis presentibus adhiberetur si forent exhibitę, uel ostensę. Datum Romę Apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris Die xvi Octobris M.DCXXI Pontificatus Nostri Anno Primo

S. Card. S. Susannę.

Extracta est presens Copia à suo originali, ut iacet et facta collatione de uerbo ad uerbum concordat meliori semper salua in quorum fidem me subscripsi, et Patris Felis sigillo signaui. Mediolani apud S. Antonium die 14 mensis Maij 1622

D. Ang. Maria ...

Digitized by Google